



Staats- und  
Universitätsbibliothek  
Bremen

# **Staats- und Universitätsbibliothek Bremen**

**Digitale Sammlungen**

## **Bibliotheca Historico-Philologico-Theologica Classis ...**

**Brauer, Hermann Brauer, Hermann**


**Bremen, 1719**


**urn:nbn:de:gbv:46:1-6390**

BIBLIOTHECA  
BREMENENSIS  
TOM. II.

Brem. c. 54

*Brem.*  
*c*  
*54*





# BIBLIOTHECA

*Historico - Philologico-*

# THEOLOGICA.

*Classis Tertie*

FASCICULUS PRIMUS.



BREMÆ,

---

Sumptibus JOHANNIS ANDREÆ GRIMMII.

---

Typis HERMANNI BRAUERI, JUN. MD CC XIX.

V I R O

*Illustri atque amplissimo*

**J O H A N N I**  
**C H A M B E R L A Y N E,**

**A R M I G E R O A N G L O,**

**Societatis Anglicanae de**  
**propaganda fide membro, at-**  
**que ornamento praecipuo,**

**Viro non magis generis nobilita-**  
**te, quam pietate, eruditione ac vir-**  
**tute maxime insigni,**

**De ecclesia Christiana, inque ea purio-**  
**ri, quâ illa per orbem vel floret,**  
**vel sub cruce gemit,**

**BENEMERENTISSIMO,**

*Tertium*

*Tertium supra decimum*

# BIBLIOTHECAE

hujus

## FASCICULUM,

Tanquam summi erga eum stu-  
dii ac observantiae mo-  
nimentum,

D. D. D.

ATQUE FELIX HUJUS INSTI-  
TUTI AUGMENTUM,

Impense, ea tamen, qua par est,  
eum reverentiâ commendant

EDITORES.

Con-

Continentur hoc Fasciculo

- I. Joh. Laur. MOSHEMII de Apollonii Tyanæi Talismanibus ad Maturinum Veisfiere la CROZE diss. p. 1.
- II. Andr. NORRELLII de avibus *arbeh, solam, chargol & chagab* ad Lev. XI, 20. 21. 22. Schediasma p. 36.
- III. G. D. P. de loco Psalm. LXXII, 6. disquisitio p. 58.
- IV. De vita, morte, ac scriptis Petri POIRETI relatio p. 75.
- V. Michaelis ROSSALLI ad loca Apoc. II, 13. & 17. Observatio p. 93.
- VI. Theodori HASAEI de *Throno Satanae* apud Pergamos ad Apoc. II, 13. Dissert. p. 104.
- VII. Assertio juris, quod REFORMATIS competit, possidendi templum FRANCOFURTI ad Mœnum p. 132.
- VIII. Hodiernus Academiae ULTRAJECTINAE, ejusque Professorum conspectus pag. 158.
- IX. Continuatio Catalogi librorum à REFORMATIS nuper vel editorum vel recensorum GERMANICE p. 172.
- X. Joh. à LASCO ad Conradum PELLICANUM epistola inedita p. 183.



I.

JO. LAUR. MOSHEIM,

De

Imaginibus telesticis, quas  
APOLLONIUS TYANAEUS  
confecisse dicitur

ad

*Virum Celeberrimum*

MATURINUM VEISSIERE  
la CROZE,

Potentissimo Boruffiæ Regi ab Anti-  
quitatibus & Bibliotheca,

*Epistola.*

ARGUMENTUM.

Occasio dissertationis §. 1. Imaginibus magicis multa  
miracula patrasse dicitur Apollonius, sed falso §. 2.  
Scriptores, qui ejus ætatem adtigerant, & ipse Phi-  
lostratus, de iis silent. §. 3. Repugnat temporis ra-  
tio. Itinera Apollonii. Ter Romæ fuit. Parum con-  
venit illis, qui statuarum illarum meminere, cum  
Class. III. Fasc. 4. A Philo-

Philostrato. §. 4. Neque Hierocles, cujus heic historia illustratur, illarum mentionem fecit §. 5. Factum illud est demum saeculo quinto vel sexto. Locus Ili-  
dori Pelusiotae illustratur. §. 6. 7. Testimonia eorum, qui illas imagines commemorarunt, examinantur §. 8. 9. 10. Unde evincitur, quae de illis narrantur accensenda esse fabulis §. 11. Fabulae origo. Thonis non fuit inter Apollonii discipulos. §. 12. Conclusio §. 13.

§. 1.

**M**Emini, Vir Amplissime, ante fere fere (a) TE a me postulasse, ut eorum, quae me in PHILOSTRATUM ac de APOLLONIO TYANAEO commentatum esse, scripseram, in hac ipsa Bibliotheca specimen ederem. Lubentissime TUIS tunc paruissem jussis, nisi innumera, quibus saepe premor, negotia, corporis imbecillitas, aliaque obstitissent. Opportune vero hisce diebus, quibus ob fractas plane vires publicis ac ordinariis laboribus vacare non poteram, horum mihi denuo in mentem venit. Quapropter nullas diutius moras interponere volui, quo minus dicto TIBI audiens essem; sed haec, quae vides, in litteras, debili licet manu, referre statim coepi, ut ex iis de toto opere, quod in PHILOSTRATUM ac de APOLLONIO ab aliquo tempore molior, judicare posses. Sunt mihi

(a) Litteris XVII. Cal. Septembr. A. MDCCLXVIII.  
solatis.

mihī quam plurima hanc in rem observata, quæ aut alii prorsus neglexerunt, aut minus curate pertractarunt. Illud tamen *de telesticis APOLLONII imaginibus* argumentum præ ceteris selegi, de quo ad TE paullo plenius differerem, quod TU mihi illius excutiendi unus omnium auctor fueris. Illa scilicet verba TUA, quibus in litteris, pridie Idus February A. MDCCXVIII. ad me datis, utebaris: *Abfit vero ꝑ a te ꝑ a me ut fabulas illas, quas sequioris ætatis Græci ꝑ Latini de Telesmatibus Byzantinis ꝑ aliis Apollonii confinxerunt, pro veris adoptemus.* Hæc, inquam, verba TUA me potissimum excitarunt, ut, quibus omnes hæc narrationes fundamentis niterentur, diligentius inquirerem. Fructus, quem cepi, qualiscunque industriæ, hic est, quem TIBI, Vir Amplissime, nunc offero. TU, quæso, ex eo iudicium feras, an in lucem protrahenda, an vero tenebris devovenda sint, quæ *de fide Historica PHILOSTRATI, de existimatione APOLLONII, de Apotheosi ipsius*, quam nunquam esse factam, liquido ostendam, aliisque maximam partem ab aliis relictis, mihi fuscè adnotata sunt.

§. 2. Mira plane ac stupenda plurimos nostri narrare de magicis illis, quas impostor hicce maximus collocaverit, imaginibus. (a) Hic numen illud fuit salutare, quod, statuis maxime

A 2

vir-

(a) Vid. Celeb. ARPIUS Libro de Talismanibus Cap. I. p. 24. 25. 26.

virtutis positis, serpentum, insectorumque vim ab Antiochensium capite depulit, terraque motus sedavit. Hic arte eadem Lycum amnem cohibuit: hic equos ferocientes Byzantii quiescere iussit. Hic ventum aquilonarem, arcano quodam monumento compescuit. Hic singulari quadam ratione tot alia mala, Antiochiæ præsertim & Byzantii, sustulit, ut vix parës tantis beneficiis gratiæ referri possint. Quorum hic quidem numerum inire nolo, quod in vulgus nota sint & ex pluribus peti possint scriptoribus. Ferenda essent hæc narrationum portenta, aniculis certe, si non aliis, profutura, nisi, ut eis fidem haberent, quamplurimi fere adducti essent, eruditissimi quoque viri. Nullus saltim quantum ego novi, hodie est, qui urbes Græciæ circumlatorem illum APOLLONIUM obiisse, variisque huiusmodi statuis nomen famamque consecutum esse, dubitet. Ipsi illi summi homines, quibus in pervestiganda APOLLONII vita præcipua laus debetur, TILLEMONTIUM dico, (a) OLEARIUM, (b) DUPINIUM, (c) aliosque, rei veritatem nullo modo impugnant. Dissentiunt, an malarum men-

(a) *Histoir. des Emper.* T. II. p. 200. ed. Bruxell.

(b) *Diff. de Apollonio*, Philostrato præmissa. *Conf. Notas* p. 112. 147. & reliqua.

(c) *Libro peculiari Gallico Paris. 1707. 12. edito.* Ad di his potest *P. Baylius Diction. Histor. Tom. I. p. m. 310. 311.*

mentium auxilio hæc omnia præstiterit? an vero fumos hominibus præstigiis suis venderit? an denique naturalis scientiæ, quam in eo magnam fuisse adfirmant, miracula hæcce tribuenda sint? In re ipsa satis conveniunt. De causis ergo disputant: effectum indubitatum esse censent. Ego vero nec dæmones huc accersam, nec artes circulatorias excutiam, nec eruditionem naturalem commemorabo. Valeant causæ cum effectu, & ad Aborigines tota hæc abeat narrationum series. Mihi enim tantum est audaciæ, ut hæc omnia non postremum in mendaciis locum occupare contendam. Ignoscant mihi illi, qui qualitates occultas, artemque telesticam semper in ore habent. Lapidem me illis loqui video, quibus nescio quod decus ac præsidium vanus hic videtur homo. At nil mirum est, me, qui hisce non initiatus sum mysteriis, liberiores sententiam dicere. Neque tamen nunc disputo, hujus generis imagines numquam extitisse, quibus vulgus maximam adscripserit efficaciam, APOLLONIOque tribuerit. Possem id forsitan: at disquiro tantum, utrum illæ vere ab APOLLONIO profectæ fuerint? Nullam hujus doctrinæ, si quidem doctrinæ nomine nugarum cumulus appellandus est, virum illum notitiam habuisse, nunc non adfirmo. Non enim cum Indiæ sapientibus, celeberrimis somniorum horum magistris, versatum fuisse, ignoro, &

αγαλμα αποτροπαιον Ephesi adversus pestem  
 dedicasse, ex PHILOSTRATO (a) didici.  
 Praecipuum illius magistrum inter Græcos eum fuisse,  
 id quod celeberrimo viro (b) visum fuit, ea-  
 que, quæ Antiochiæ & Byzantii miranda  
 perfecisse putatur, fecisse nego. Nec a ve-  
 ritate adeo aberrasse JO. SELDENUM (c)  
 existimo, qui in Græcia APOLLONII nostri  
 tempore πελεσικην non admodum fuisse no-  
 tam, statuit.

§. 3. Non longis, *Vir Amplissime*, in hanc  
 rem verborum ambagibus opus erit. Id mi-  
 hi concedatur, quod æquiorum nullus post  
 JO. LAUNOIIUM (d) ulli denegandum pu-  
 tavit, rejicienda esse, ut fabulosa, quibus &  
 æqualium scriptorum, & eorum, qui per du-  
 centos deinde florere annos, auctoritas de-  
 sit: addo in hac causa ipsorum Panegyrista-  
 rum. Hujus enim numeri omnes istas infi-  
 cetas de his APOLLONII statuis narrationes  
 esse, jam demonstrabo. Qui de eo primus  
 quidquam scripto consignavit DAMIS est,  
 itinerum ejus, ut ferunt, perpetuus ac indivul-  
 sus comes. Tuto enim hic a me seponi pot-  
 est controversia, alio loco peroranda, an  
 DAMIS hic umquam extiterit, aut commen-  
 tarios quosdam de vita magistri sui scriptos  
 reli-

- (a) Lib. IV. c. X. p. 147. Ulter editione nova *Lipfensi*.  
 (b) Notis ad *Philostrati* L. III. c. XXII. p. 112.  
 (c) Not. ad marmora *Oxonien.* p. 51.  
 (d) De autoritate argum. negativi p. 190.

reliquerit? Sequuntur MAXIMUS & MOE-  
RAGENES, uterque temporibus hominis  
proximus, uterque rerum ejus ex instituto scri-  
ptor: Hi omnes prodigiola illa opera peni-  
tus ignorarunt. Qui enim ex eorum laboribus  
suas locupletavit chartas PHILOSTRATUS,  
ac quæ memoranda videbantur studiose tran-  
stulit, non certe prætermisisset, si de his quæ-  
dam habuissent. Hoc ipso non ineptiorem non  
superstitiosam virtutū suarum præconem no-  
ster habuit. Cuinam, quæso, dubium esse potest,  
hominem, qui, quod multis ostendam ali-  
quando, quadrata rotundis miscebat, quo he-  
roem suum supra homines eveheret; qui non  
historiarum, sed fabularum plane monstra-  
tam anxie conquirat ac comminiscitur, ut  
mente captus hinc inde videri possit, hunc  
prætermisurum fuisse, quæ tantopere ad vi-  
ri existimationem facere poterant, si vel le-  
vis quidam de his rebus rumor tum extitisset?  
At enim, cum annales ille nobis sistat, longe  
Volusianis deteriores, ne verbulo quidem  
averruncarum harum imaginum meminit.  
Num credibile est, *Vir celeberrime*, hæc late-  
re potuisse scriptorem illum, qui magnam  
terrarum orbis partem peragraverat, (a) nil-  
que reliquerat intentatum, quo curate de

(a) Ipse ita Lib. II X. c. 31. p. m. 371. ταφω μὲν ἐν ἡ  
ψευδοταφίω τ' ἀνδρὸς ἑδάμικ προστυχῶν οἰδα  
καὶ τοὶ τῆς γῆς ὁποσὴ εἰν, ἐπελθῶν πλείστην.

APOLLONIO posset exponere? Quid urbes commemorem, ubi vivus commoratus erat noster? Quid templa, quorum collapsis fere rebus frequens hic Deorum cultor opem tulerat? Diligenter quidem in his omnibus memoria ipsius conservata erat. Multa quoque cum PHILOSTRATO, id quod ipse tradit, de vita ejus communicaverant. At ubi statuæ illæ? Nulla urbs, nullus templorum sacerdos, nulli commentarii & annales his beneficiis mortales ab eo adfectos fuisse, non erant. Epistolæ denique ipsius, quarum satis ampla collectio Historico lecta erat, tale quidquam ipsi non suggererant. Quanta, sodes, dubitandi causa, iis silentibus, quorum omnis in eo versabatur industria, quo ad posteros talium memoria perveniret.

§. 4. Hocne addam, quæ de statu is hisce tot alii tradunt, iis plane repugnare, quæ apud PHILOSTRATUM, præcipuum ejus Historicum, de itineribus ac gestis ipsius leguntur? adeo, ut aut illos, aut hunc splendide mentiri, omnino necessarium sit. Byzantium illi nominant, ubi admirandis his operibus famam præcipue sibi adquisiverit. Sed, cum cunctas ejus migrationes curiose, licet tumultuarie, exponat, nulla vox huic excidit, quæ vel commorandi diversorium illic eum aliquando habuisse indicet. Roma discedentem illi eo pervenisse nostrum volunt, ille sub CLAUDIO, hic sub DOMITIANO. Nec enim

enim satis sibi constant esurientes Græculi, quorum fide potissimum hæc facta nituntur. Byzantii multis imaginibus collocatis Antiochiam perrexisse narrant. Hac quoque arte sua nobilitata Seleuciam petiisse, indeque in Ægyptum commigrasse. In sociis viri homines fuisse diceres, tam distincte ac curate cuncta explicant. At vero undecumque hæc habuerint, ex PHILOSTRATO certe non auferunt, cujus Historiæ nihil magis contrarium confingi poterat? Romam, ut ego quidem arbitror, tertio salutavit. (a) CLAUDIO im-

A 5

pe

(a) Nondum dextre satis Apollonii vita, ut a Philostrato narratur, peruestigata, nondum satis apte, ordineque Chronologico disposita est. Non sperno eruditissimorum hominum, OLEARII præsertim ac TILLEMONTII, labores: omnibus tamen numeris eos absolutos esse, vix mihi persuadeo. Historici illius, quo vix unquam inconcinniore me legisse recordor, inscitia, stupor, ac inertia doctissimis obfuerunt viris, quo minus omnia sine erroribus traderent. Consentunt in eo, bis Apollonium tantum Romam vidisse. Ac sane, si pressius quis PHILOSTRATI vestigiis insistere velit, quod hi procul dubio fecere, ita omnino statuendum esse, videtur. Ego vero, postea quam omnia diligentissime excussi, ac præcipue Apologiam APOLLONII coram DOMITIANO dicendam cum illius Historici rationibus contuli, in eam ingressus sum opinionem, tertio eum Romam fuisse profectum, ac bis quidem sub DOMITIANO. Atque hoc luculenter hac occasione probabo, cum Historiam ipsius nova quadam luce perfundat, ac PHILOSTRATI incuriam & sordes retegat. **Maxim**

imperante ne conspexit quidem. Legitur inter ejus epistolas CLAUDII, Augusti, ad Senatū

mum crimen, ob quod causa ipsi Romæ coram DOMITIANO dicenda erat, immolatio erat pueri, quam fecisse perhibebatur, quo ex illius extis NERVÆ, ceterisque, qui novas sub DOMITIANO res moliebantur, quid ipsis spei de obtinenda rerum summa superesset, prædicere posset. Quamprimum ex Asia, ubi vitam ducebat, Puteolos navi appulisset, ut Romam inde pergeret, DEMETRIUS, Cynicus ille Philosophus, hoc ipsi aperiebat. Vid. *Philostratus Lib. VII. c. XI. p. 287.* Φασι δ', ait, ὡς παιδα θυσιας ὑπερ μαιντικῆς, ἢ τὰ νεαρά των σπλαγχνων φαίνει. Sequitur hinc sponte, hanc, quæ ei objiciebatur, immolationem, factam fuisse, antequam ex Asia, ut a criminibus se purgaret, in Italiam venisset. De loco igitur quærendum est, quo nefanda hæc sacra peregisse eum volebant. Aperte vero pars illa Apologix (Vid. *Philostratus Lib. VIII. c. VII. Sect. XII. XV. p. 345-351.*) qua hoc crimen multis verbis diluit, indicat, non adversarios in Asia, sed in ipsa urbe facinus hoc ab eo commissum fuisse, criminatos esse. Neque Roma se tunc temporis abfuisse, quo hoc contigisse accusatores ferebant, APOLLONIUS disputat. Longe alio defensionis genere utitur. Romæ se tunc vixisse, concedit: inde tamen se crimen hoc admisisse, non patere. Non extra urbem se, aut etiam in suburbio eam noctem exegisse; sed domi se continuasse, veterique amico, PHILISCO MELIENSI, Philosopho, graviter decumbenti adfuisse. Testes hujus rei Medicos rogat, ægroti discipulos, ac TELESINIUM cum maxime consularem virum, (§. XIII. XIV. p. 348. 349.) quorum ultimus hic certe sufficit. Certissime

natum Tianensem de honoribus ipsi decretis  
epistola (a) sed talis, quam in *observationibus*  
*ad epistolas TYANAÆI* apertas impostoris no-  
tas

me ex his colligitur, antequã denuo accusationis suæ  
caussa Romam proficisceretur, illic sub eodem DO-  
MITIANO per aliquod tempus APOLLONIUM  
substitisse. Annus quoque designari potest, quo  
urbem primum sub DOMITIANO accesserit. Exi-  
lium NERVÆ Tarentinum, *Rusique ac Orfiti sup-  
plicium* ob consilia in caput Augusti habita, quorum  
ille particeps dicebatur, in A.C. XCIII. cadit. Do-  
ctissime id ostendit ANTON. PAGI in *Critica ad*  
*Ann. Baronii ad A. C. n. IV. p. 85. 86.* nosque ube-  
rius in *Tractatione de historica fide PHILOSTRATI*  
probabimus. Credibile ergo est A. XCII. Romæ  
primo fuisse APOLLONIUM. Vel hanc propter  
causam Divi OLEARII calculus mihi se non pro-  
bat, qui eodem A. XCII. Romæ eum capitis di-  
xisse causam contendit. Metuo, ne nimium erga  
PHILOSTRATUM suum studium, quem omnium  
errorum absolvere cupit, hanc computationem mi-  
nus exactam progeneraverit. Melius TILLE-  
MONTIUS *Histoire des Emper. T. II. p. 172. ad A. C.*  
*XCIV.* Apologiam hanc refert. Quamquam & hic  
non omni ab errore immunis sit. Sed hanc causam  
plenius alio loco. Qui factum sit, quod PHILO-  
STRATUS non distincte secundum hoc iter com-  
memoraverit, nisi forte generalia illa verba *L. VI. c.*  
*XXXV. p. 272.* huc quis trahere velit, quibus  
post reditum ex Æthiopia eum *περι Φοινικας ης  
Κιλικας Ιωνας τε και Αχαιας και Ιταλας παλιν,*  
peregrinatum fuisse, tradit, alii viderint. Equidem  
suspicio, fraudis eum in hac omissione insigne do-  
cumentum edidisse, qua de re alio loco.

(a) n. LIII. p. 399.

tas secum vehere, docebo. Sub NERONE urbem adiit. At hoc ad Græcos commeante, ad Hispanos commigravit. DOMITIANI temporibus bis ibi fuit, ut in subjecta adnotatione evici. Liber primum, ac tunc in Asiam minorem inde profectus est. Captivus deinceps: cui quidem periculo ereptus in Græcia ac Jonia, quod reliquum erat vitæ, transegit. Nec averruncis tamen statuis fabricandis, sed aliis longe rebus operam dedit. Antiochiæ ter fuit. Primo quidem, cum adhuc AUGUSTUS imperio Romanos regeret, admodum juvenis. Castigavit tunc imperitiam urbis illius, cujus cives litterarum penitus expertes erant. (a) Non vero Byzantio, sed aut ex Pamphilia, aut ex Cilicia, ubi quinquennalis silentii tempore potissimum vixerat, tum veniebat. Rediens ex India iterum hanc transiit urbem. Nihil tamen temporis in ea consumere voluit, quod jocos indulgeret illiberalibus, nullumque sapientiæ studiis pretium statueret. (b) Neque tum Byzantium reliquerat. Peractis itineribus tertio eam invisit, ac de futura terræ commotione, si nostro credimus fabulatore, (c) quædam prædixit; at non ea, quæ MALALAS, ceterique nugatores habent. Taceo Sardibus, ut nexus quidem narrationis suadet, eo tunc illum

(a) *Philostratus* Lib. I. c. XVI. p. 19.  
 (b) Lib. III. c. LVIII. p. 139.  
 (c) Lib. VI. c. XXXVIII. p. 274.

lum contendisse. Seleuciam prætereo , ne longiores in hac re moras traham. De Ægypto verbum adjiciam. Non mediocre, fateor, spatium in hac terra exegit. At num sub DOMITIANO ? Minime. VITELLIO, VESPASIANO, TITO regnantibus. (a) Nec ex Seleucia, sed ex Piræo solvit , cum eam peteret. Hac umquam , *Celeberrime Vir*, quis majorem narrationum discrepantiam vidit ? Utros vera credam dixisse ? Historicum APOLLONII, qui propior ejus erat temporibus , plurimisque subsidiis instructus, aut ceteros, qui, præterquam quod juniores sunt, nullos aut obscuri nominis testes citant ? Equidem sic censeo, si prioris vacillare videatur fides , posteriorum plane rationem non habendam esse.

§. 5. Sufficerent hæc, VIR CELEBERRIME, demonstrandæ, quam suscepi, rei. Attigi enim SEVERI jam tempora, quibus PHILOSTRATUS vixit, ac ad tertium adeo progressus sum saeculum. Sed pergam pace TUA in itinere, quod exorsus sum. Intermortua ferme jam erat APOLLONII fama, cum subito revivisceret, AURELIANO fasces imperii tenente, cui, ut ferebat fama, singulari ratione apparuerat. STESICHORUS tunc, nisi falso mihi, quæ apud SUIDAM legi memoria nunc repræsentat, res ejus scripto complectebatur, ac alii fortassis, quibus venalis

(a) Lib. V. XX. p. 202. f.

lis erat calamus. Dicam de his, ubi *de existimatione APOLLONII* acturus sum, ac ipsam in-  
simul visionem AURELIANO oblatam ac a  
VOPISCO expositam (a) curiosius examina-  
bo. Jam satis erit observasse, nondum ista  
ætate de statuis illis, quas impugno, quid-  
quam auditum fuisse, nec de iis scriptores ali-  
quid commemorasse. Posteriorum enim, qui  
eum concelebrarunt aut ejus meminere, dili-  
gentiam & oculos hoc minime effugisset. Fe-  
rebant sequentia DIOCLETIANI tempora  
HIEROCLEM, quo nullus in Servatorem  
nostrum commotior, nullus in hunc homi-  
nem studiosior repertus fuit, quem cum illo  
contendere inepto conatu moliebatur (b)

Hoc

(a) in vita Aureliani, c. 24. T. II. Hist. Aug. p. m. 474.  
475.

(b) Cum HIEROCLIS, summi APOLLONII admira-  
toris, Historia cum hujus rebus maxime conjuncta  
sit, hominis infauti, qui viam BLOUNTIO, aliis-  
que miseris primus præruit, ac post PHILOSTRA-  
TUM famam ejus potissimum evexit: non possum,  
quin hac occasione paucis eam illuminem, ac tem-  
pus præcipue, quo librum suum in Christianos scri-  
psit, designem. Plurimos eruditorum munera ejus  
non satis distinguere video, quin ex Nicomediensi  
judica Alexandrinum factum esse præfatum simpli-  
citer adfirmare. In incerto sic relinquunt, an hoc  
ita velint intelligi, quod præses Bithyniæ fuerit, an  
quod judicis ac vicarii officio Nicomediæ tantum  
functus sit? Vid. JO. PEARSONI, *Prolegom. ad  
aurea carmina Hieroclis Comm. §. VIII. IX. ANDR.  
DACIERIUS Prolegom. ad Gall. version. aureor. carm.*

Hoc quis melius nosse poterat, quæ ad nostrum pertinerent, viro in illustri dignitate

con-

p. 239. & alii. Horum errorem ambiguitas verborum tolerabiliorem reddit. Apertius doctiss. peccat OLEARIUS *Notis ad Eusebium adde Hieroclem* p. 432. 445. ubi se in ea fuisse opinione non obscure docet, præsidem Bithyniæ HIEROCLEM non egisse, sed ex iudice Nicomediensi statim ad præfecturam Alexandriæ euectum fuisse. Non succurrebat forte celeberrimis viris, LACTANTIUS locus de *mort. persecut. c. XVI. p. m. 1081. ed. Walchii*, quo DONATIUM suum sic alloquitur. *Nam cum incidisses - - - in Hieroclem ex vicario præsidem - - - documentum omnibus invictæ fortitudinis præbuiisti.* Vicariatus officium est, quod idem LACTANTIUS *divin. Instit. Lib. V. c. II. p. 502.* innuit, cum e numero *judicum* (qui in Christianorum nempe capita pronuntiabant Nicomediæ) *eum fuisse*, ait, unde sine dubio viri optimi hæsitandi causam habuere. Sed tempus, quo muneribus hisce præfuit ac virulentum illum, quo APOLLONIUM cum CHRISTO contulit, libellum composuit, jam explicatius notabo. Facem præferet EUSEBIUS *libro de martyribus Palaestinae, ad calcem L. VIII. Hist. Eccl. cap. V. p. 326. ed. Valesii* (ex divisione TH. RUINARTI in *Actis martyrum c. XIV. p. 322. ed. Wetsten.*) ubi celeberrimum CHRISTI testem, ÆDESIUM, tertio anno adfessionis DIOCLETIANI, Alexandriæ HIEROCLE præfecto, supremo supplicio adfectum fuisse, narrat. Fateor, HIEROCLIS nomen diserte ibi non legi: nullam tamen video causam, cur non Græcorum *Meenæo* ac *Metaphrasti* vitæ ÆDESII fidem habeamus, qui HIEROCLEM præsidem illum fuisse, aperte dicunt, in quem martyr hicce ob indomitum in Christi sectatores furorẽ acerbe inuectus sit. Vid. *Valesii Notæ in Eusebium p. 177.* Tertius hic annus

vexa-

constituto, Augustorum DIOCLETIANI & MAXIMILIANI familiari, Bithyniæ, provin-  
ciam

vexationis DIOCLETIANI idem est cum A. C. CCCV. Cetera igitur jam facili negotio explicabun-  
tur:

A. CCCII. inter aulicos Nicomediæ HIEROCLES degit, ac inter eos procul dubio *judices* erat, qui rogati sententiam ab Augusto, quid de Christianis sentirent? *inimicos Deorum & hostes religionum publicarum tollendos esse*, censebant. LACTANTIUS *de mort. persec. c. XI. p. 1075. Quin auctor præcipue ac consiliarius erat ad faciendam persecutionem. Idem c. XVI. p. 1081.*

A. CCCIII. Flagrante jam persecutione vicarius erat præsidis Bithyniæ, FLACCINI. Hoc enim certe cum fuerit, nullo alio, quam hoc anno, esse potuit. *E numero tunc erat iudicum in Christianos constitutorum, (LACTANT. div. Instit. Lib. V. 2. p. 58.) qui, ut idem se explicat de mort. persec. p. 1079. per omnia templa dispersi universos ad sacrificia cogeant.* Hoc anno duos quoque illos libellos adversus Christianos conficiebat, quorum partem de APOLLONIO EUSEBIUS *Libro adversus Hieroclem* confixit. Suscepisse eum hunc laborem, cum *e numero* ordinariorum *esset iudicum*, nondum videlicet præses, sed vicarius, LACTANTIUS *Lib. V. 2.* aperte testatur. Ad hunc igitur annum referendus est.

A. CCCIV. Secundo persecutionis anno FLACCINI successor, Bithyniæque præses, mala longe plurima in cœtum sanctorum inferebat, ac in his DONATUM, LACTANTII amicum, virum in primis Christo fidelem, non mediocriter excruciat. Vid. *Lib. de mort. persec. c. XVI. p. 1081.*

A. CCCV. Cum annua præsidum illic successio esset, in Ægyptum Augustorum jussu migrabat, ac Alexandriæ cum auctoritate præerat. Vid. EPIPHANIUS

ciam nomino Byzantio vicinam, vicario,  
mox præside? (*vid. annot. subjectam*) Quam op-

Class. III. Fasc. I.

B

por-

NIUS *haeres. XVIII. 1.* Supplicia hic inaudita pro  
more in Christianos statuentem *Aedesius*, Philoso-  
phus Christianus, graviter objurgabat, quem in ma-  
re præcipitari iussit. Vid. *Menaem Graecor. Me-*  
*taphrasten, EUSEBIUM de martyr. Palaest. c. V. pag.*  
*326.* Unicus tamen est LACTANTII locus, quem  
circulos meos turbare, nonnulli possent opinari.  
DONATUM suum, sex annis in carcere peractis,  
liberatum esse, scribit, cum MAXIMILIANUS GA-  
LERIUS celebre illud pro Christianis editum pro-  
poneret. Hoc editum, ait, proponitur *Nicomediae pri-*  
*die Kalendas Majas, ipso octies & Maximino iterum*  
*consulibus.* (hoc est A. CCCXI.) *Tunc apertis carceri-*  
*bus, Donate carissime, cum ceteris confessoribus e custo-*  
*dia liberatus es, cum tibi carcer sex annis pro domi-*  
*cilio fuerat. de mort. persec. c. XXXV. pag. 1109.*  
Nullum est dubium, quin rationes nostræ sint re-  
fringendæ, si sex illi anni omne comprehendant  
tempus, quo ob CHRISTI professionem injurias DO-  
NATUS accepit, eosque adeo cruciatus quoque,  
quos FLACCINUS, HIEROCLES ac PRISCILLI-  
ANUS novies ipsi exhibuere. Vid. LACTANT. *l. c.*  
*c. XVI. p. 1081.* Vicariatus HIEROCLIS sic revo-  
candus esset ad A. CCCVI., præfectura Bithyniæ ad  
A. CCCVII. dicendumque, longe alium a nostro A-  
lexandriæ præsidem ab EUSEBIO indigitari. Se-  
cundus enim præsidum Bithyniæ hic fuit, cujus fu-  
rorem DONATUS sensit. At salva res est. Maxi-  
me verisimile est, sub initium statim calamitatis Bi-  
thynicæ & ad iudicis munus HIEROCLEM voca-  
tum & DONATUM correptum fuisse. Igitur sex  
illi anni non numerandi sunt, nisi ab eo tempore,  
quo elusis, quæ excogitari poterant, tormentis, in  
carcerem DONATUS coniectus fuit. Tres quippe  
præ-

portunum huic fuisset, si de tantis constitisset beneficiis, horum cum miraculosis Servatris operibus comparationem instituere? At quid agit? Nil adfert novarum rerum, in eo libro, quem in Christianos scripserat. In iis se jactat improbus homo, quæ PHILOSTRATUS, DAMIS ac MOERAGENES suppeditabant, telesmatum plane ignarus. Periit quidem opus illud: sed nemo hodie id nescire potest, quod de artificiis illis nihil continuerit, qui EUSEBII adversus HIEROCLEM librum ac quæ contra eum LACTANTIUS disputat (a) consuluit. Illi enim certe hoc non siluissent. Quid ergo, *Vir Amplissime*? *Mysteriane* primis sæculis

præsides, tribus annis se invicem excipientibus, nullis pepercerant cruciatibus, ut in partes suas illum pertraherent. At non expugnari poterat ejus constantia. Sententia hinc A. CCCVI. demum in eum ferebatur, in carcere retinendum esse. Provedebant enim sæpe magistratus, ne quis Christianorum multis palmis nobilitatus morti traderetur. Sic nimirum persuasi erant, infamiae sibi esse, post tot ultimæ sævitiae conatus ab homuncionibus istis illa ad vitæ usque finem perseverantia se quasi derideri. Solvebatur hæc DONATI miseria A. CCCXI. sex annis completis. Nihil plane hæc fingo. Qui locum illum priorem LACTANTII c. XVI. p. 1081. attentius consideraverit, perspicue eum nobis favere intelliget. Possem ex his ætatem libri EUSEBII adversus HIEROCLEM curatius, quam hætenus factum est, constituere. Aliarum quoque in LACTANTIUM observationum hic esset occasio. At enim alio loco potius, quam hoc, talia a me tractari poterant.

(a) Lib. V. div. Inst. c. 2. & 3. p. 358. f.

ſæculis hæc imagines erant? Fuerint. Fuerint Eleufiniis arcaniora. Si Chriftiani, profanum vulgus, ab iis arcebantur, initiati tamen, qualis HIEROCLES, focique, ea noſſe debebant.

ſ. 6. Sed bene habet. Aequiora fuere APOLLONII cultoribus ſequentibus temporibus fata. Jam jam ex tenebris ſuis ſtupenda hæc prodigia eluctantur, ac poſt trecentos fere annos, quæ omnes antea ignoraverant, comparent. Obscurus jam, cum HIEROCLEM confutaret EUSEBIUS, rumor ſpangebatur, theſauros hujus generis detectos eſſe. Quamquam ne dignus quidem huic videbatur, cui excutiendo operam impenderet.

Αυτῶν τῶν νῦν εἰσιν, αἰτ, (α) οἱ περὲς γὰρ μηχανάς, τῆς ἀνδρὸς ἀνακειμένου προσηγορίᾳ, κατεληφέναι λέγουσιν. ἀλλ' ἔκ εμοὶ γὰρ φίλον τῆτοις προσεχεῖν τὸν νῦν.

*Suntque etiamnum hodie, qui magicas machinas, quæ viri illius eſſe dicantur, ſeſe dicant reperiffe. At iſtis animum advertere nunc quidem haud placet.*

Sive a cultoribus APOLLONII, quorum magna tunc erat ſeges, ſive ab inimicis, quod ex verbis EUSEBII fere colligitur, hi ſermones profecti fuerint, tenues admodum erant ac inter vulgus tum primum nati. Confidentius vero hæc res ſequenti ſæculo, quod a nato Servatore quintum erat, agebatur, utriſq; & CHRISTI & Deorum miniſtris famam, ut fieri ſolet, augmentibus. Inſignis eſt in hanc

B<sub>2</sub>

rem

(α) Lib. adv. Hieroclem c. XLIV. p. 464. ed. Olearii.

rem ISIDORI PELUSIOTÆ locus, quem integrum infra dabo; nunc verba quædam tantum exscribam (a) καινοις πνευ λογοις της ανθρω-

πας

(a) Epistolar. Libro I. ep. 398. ad Zachæum p. m. 103. ed. Paris. 1638. fol. Versio illa, quam dedi, BILLII Divo displicebat OLEARIO Not. ad Philostrati Lib. IV. c. X. p. 147. Ipse verba hæc ita reddit: *Mirabilibus nonnulli historiis homines circumvenere, Tyanensem illum Apollonium repræsentantes, multa multis in locis telestica collocantem, ut tutius habitari, ut quidem ajunt, illa possint.* Equidem fateor, pluribus verbis constare hanc versionem, magisque hinc altera perspicuam esse. Vox *πελοσμενον* melius hic quoque explicata est. Nec tamen fatis capio, quid potissimum eruditum virum commouerit, ut istam versionem, fatis alias curatam, castigaret. Mitto, quod *εισαγαγοντες* nullam ob causam per *repræsentantes* exprimatur. Id vero plane non intelligo, cur *καινοις λογοις* mirabiles esse *historias* voluerit. Nolim quidem contendere, non posse voces has aliquando sic Latine efferri. At in nostro hoc loco an ita verti debeant, valde dubito. Omnis certe sermonis habitus declarat, *καινοις λογοις* PELUSIOTÆ illas de APOLLONIO narrationes dici, quod antea non auditæ, sed tum demum prognatæ fuerint. Candide, quid animo volvam, exponam. Ipsum ISIDORUM mihi plane non inspexisse videtur Vir celeberrimus, sed verba a ceteris divulsa apud alium reperta transtulisse. Cui quidem vel hoc testimonio est, quod, si id fecisset, de averruncis APOLLONII statuis longe aliter differuisset. Adeo in hoc quoque in PHLOSTRATUM labore, plane alias eximio, illud, quod vulgo dici solet, verum est: *Nihil ab omni parte beatum.* Non ipse semper evoluit, ac, si evoluit, non diligenter fatis consideravit verum, quæ citat, loca Vir egregius. Vulgare hoc tem-

porum

πρὸς ἠπαύτησεν τὸν ἐκ Τυανῶν εἰσαγαγόντες Ἀπολλωνίου,  
πολλὰ χροσε πολλὰ τελεεσάμενον ἐπ' ἀσφαλείας, φα-

B 3

σι,

porum nostrorum vitium est, cui vastæ ac variæ le-  
ctiois gloria arridet; quod tamen viros longe maxi-  
mos non raro imitari, dolendum est, cum quâ intutum  
sit, aliorum cernere oculis, omnes sentiant. Sunt & a-  
lii nævi, ex quibus venustum illud opus hinc, inde, la-  
borat. Non dicam, virum, in quo plurimæ profecto e-  
rant elegantiores litteræ, in Historicis tamen & Chro-  
nologicis rebus non æque feliciter versatum videri.  
Absit enim, ut hoc in ejus maculis numerandum esse  
censeam, qui meo exemplo quotidie disco, non unius  
ingenio cuncta scientiarum arcana exhauriri posse. Pro-  
lixum illud ac superstitiosum fere erga PHILOSTRA-  
TUM studium tantum tangam. Quod quidem tale ac  
tantum est, ut, ubi hic defendendus sit, sui fere oblivisca-  
tur ac in rationis principia non raro manifeste peccet.  
Virum hunc non potuisse falli, fundamenti sæpe loco  
ipsi est, cum de eo quæstio sit. Si reliqua deficient, falsæ  
Critica in partes vocatur, communi Criticorum vitio,  
quod *Oratione de eo, quod nimium est, in studiis lingua-  
rum & Critices* fusius nuper in publica panegyri deli-  
neavi. Hinc illud sæpe videas argumentum: Malefa-  
nus hic locus est. Quæ ratio? Cœcutiisset alias PHI-  
LOSTRATUS, homo, quo absurdior vix cogitari pot-  
est. Taceo multa prætermissa esse loca, quæ illustra-  
tionis indignissent: taceo alios nævos, in *ad PHILO-  
STRATUM exercitationibus* a me notandos. Nolim  
vero, hæc quis eo interpretetur, ac si laudem ex hoc  
opere partam viro maximo invideam. Vel manes ipsi-  
us veneror ac præmatura toties fata ejus deploro, quo-  
ties immortalis ingenii monumenta evolvo. Ut judici-  
cium hocce de laudatissimo alias labore ferrem, solus  
me veritatis amor impulit. Servile est, nil nisi ampul-  
las spargere, ubi celebres viri in scenam producendi  
sunt. E contrario candoris signum, etiam heroum

non

σι, της οικησεως. JAC. BILLIUS sic vertit: *Quidam novis sermonibus homines deceperunt, Tyaneum Apollonium inducentes, qui multa plerisque in locis tuta habitationis causa, ut ajunt, effecerit. Audacius adhuc, quisquis ille fuerit, Quæstionum ac responsionum ad orthodoxos Auctor, qui inter JUSTINI M. opera legitur, quemque doctissimus Du PINIUS ultra sextum sæculum non ascendere, erudite docuit. (a) Non extitisse tantum hæc monumenta se vivente, verum etiam, inspectantibus cunctis, singularia mortalibus beneficia exhibuisse, fingit, dicam, an tradit? Quæstio hinc talis ipsi nascitur (b) ει Θεος εστιν δημιουργος και δεσποτης της κτισσεως, πως τα Απρῶτων τελεσματα εν τῶν μερεσι της κτισσεως δυναται, και γαρ θαλασσης ὄρμας, και ανεμων φορας, και ημερων επιδρομας, ὩΣ ὈΡΩΜΕΝ, κωλυσι. Si Deus conditor est & Dominus creature, quomodo Apollonii telesmata (effectus male reddidit interpretres) in partibus creature potentes sunt? Nam impetum maris & ventorum vim, & murium bestiarumque incursiones, ut videmus, prohibent.*

Satis

non reticere lapsus. Quo majoribus enim illi sunt parentibus, eo facilius in eadem retia incautos pertrahunt. Modestia regnet; sed & fucus verbis absit. HOMERUS interdum dormit; ac errores quidam, quos humana parum cavit incuria, non omne statim laboris pretium tollunt.

(a) Bibl. des Auteurs Ecclesiast. Tom. I, p. 58. trois-  
edit. Paris.

(b) Quæst. XXIV. p. 405. inter opera Justini Colon.  
1686. fol.

Satis hæc confidenter, licet a recentiori ac nullius fidei homine dicta. Nondum tamen ita distincte loquitur, ut quidem alii sequentibus temporibus. Cernitur interea ex duobus hisce locis, ut vires eundo sensim hæc fama sibi adquisiverit. Ac vehementer fallor, aut, cum ultimus hicce scriberet, erant inter eos, qui a sacris Christianorum alieni erant, quibus invidiosa harum statuarum commemoratione, quas in his illisque locis extare mentiebantur, miraculis CHRISTI & Apostolorum pretii nonnihil demi posse, spes erat. Sunt in ea, quam modo citavi, JUSTINI quæstione, verba, quibus id subindicatur: *παλιν δε, αιτ, ειπερ ως αγαθω τω γιγνομενω ηδομενος, εκεινο συνεργησε, ( ο Θεος ) δια τι μη δια προφητων και Αποστολων τα ταιαυτα γεγενηνται. E diverso vero, si illo, quod factum est, tanquam bono, delectatus Deus opem & operam suam contulit, quare talia per Prophetas aut Apostolos prestita non sunt. Quamquam ex ISIDORO, cujus verba mox recitabo, quoque patet; eos, qui infensi ceterum APOLLONIO erant, hos tamen rumores disseminasse. Adderem his duobus ANASTASII SINAITÆ de his statuis testimonium, nisi ex eo id petatum esset libro (a) de quo qui omnium optime judicant, improbas sæculi noni falsarii manus expertum esse, statuunt. (b) Tutius igitur hoc loco illud, opinor,*

B4

nor,

(a) Quæst. in SS. Scripturam Quæst. XXIII.

(b) Vid. Guil. Cave Hist. litter. Scriptor. eccles. Tom. I. p. 296. 297. ed. Genev.

nor, omittitur, quod & ceteroquin generalliora tantum habet.

7. Hoc igitur huc usque, *Vir Amplissime*, vidimus, aliquam quinto & sexto saeculo figurarum telesticarum APOLLONII famam inter homines versatam fuisse. Sed qualem? Aridam, tenuem ac valde macilentam. Tollebantur hinc inde clamores; sed quales circumforaneorum esse solent, qui plebem quidem attonitam reddunt, ubi prudentioribus sistuntur, in fumos abeunt. Rumores spargebantur: sed novi ac ab omnibus antea inauditi. ISIDORUS nos PELUSIOTA hoc docet, cujus testimonio nil aptius esse potest ad totam hancce fabulam destruendam: Initium epistolae ejus supra dedi: jam reliqua adjiciam: *αλλ' ἔθεν εἰχοῖσι δεῖξαι παρ' ἐκείνῃς (nimis Απολλωνίῃς) γενομένον, οἱ γὰρ καὶ λόγῃς φίλῃς τῶν ἀνδρῶν ἀναγεγραψάντες, καὶ πάντα τὰ κατ' αὐτὸν ἀκρεβώσαντες (a) ἔκ' αὐτῶν τὰς θρυλλυμένας παρελιπόντες πράξεις. εἴχῃς δὲ τὸν φιλοστοράτον ἀκρεβῶς τὰ ἐκείνῃς ἐκθεμένον, καὶ μανθάνε ὡς σαφῆ συκοφαντικὰν μαγγανειῶν, ἐχθροὶ τῶν ἀνδρῶν, ὡς εἶκος, κατεσκευάσαν.* *At nihil quod ab illo factum sit, ostendere queunt. Nam alioqui iis, qui nudos etiam sermones ipsius litteris mandarunt, totamque ipsius vitam accurate conscripserunt, actiones eas,*  
*quae*

(a) Ad Philostrati sine dubio verba hic respicit L. I. c. II, p. 4. δοκεῖ ἐν μοι μὴ περιδεῖν τὴν τῶν πολλῶν ἀγνοίαν, ἀλλ' ἐξ ἀκρεβώσαι τὸν ἀνδρῶν &c.

*que vulgi sermonibus celebrantur, non omisissent. Habes autem Philostratum, qui vitam ejus magna cura & diligentia in lucem edidit. Ex quo intellige, quam perspicuam hujusmodi prestigiarum calumniam viri illius hostes, ut vero consentaneum est, concinnarunt. Egregium profecto locum, cujus initium multi quidem arripuere, sed reliqua non diligenter considerarunt! Si de ZACHAEO nobis constaret, ad quem data est hæc epistola, & de scriptiois simul tempore, curatius differere possem. Nunc paucioribus, iisque generalioribus contentus esse debeo observationibus. Ac ultima quidem verba diligentius expendam, quando de estimatione viri agendum mihi erit. In prioribus hic subsisto. Discimus hinc, AEGYPTUM, ubi ISIDORUS agebat, multis de his telesticis imaginibus sermonibus repletam fuisse. Nil id mirum, cum HIEROCLES, Alexandriae præfectus, simulque Philosophus, discipulos illic sine dubio reliquerit. καίτοι vero λόγοι hi ipsi erant rumores, sæculo quinto jam decurrente. Magnum viri nomen fuerat, apud eos quoque, qui CHRISTUM sequebantur, id quod ipsa hæc epistola testatur. Nullus aliquid de ejusmodi ejus operibus vel auribus perceperat. Vagi erant præterea sermones, non secus ac Ægyptiorum numina, propriis in hortis subito prognati. Non locus, ubi hæc monumenta posuerit, non tempus, non occasio designabantur. Quod maximum, exactius & thesauris his inquirenti*

ne carbones quidem, non umbræ, non vestigia ostendi poterant. Scilicet evanuerant e conspectu hominum, quæ nullus antea viderat. Auctorisne sui mores fortassis referebant, qui in iudicium vocatus coram DOMITIANO confestim disparebat? Aut, quod verisimilius Pythagoricam postulabant fidem, qui de Pythagorico viro ejusmodi disseminabant commenta?

§. 8. Sed ne quidquam meæ desit demonstrationi, ipsos TIBI, *Celeberrime Vir*, nunc testes sistam, quibus Philosophum nostrum tam insignem fuisse præstigiatores, viri docti crediderunt. Causa cadam, si fidem suam hi tueri possint. Comparent jam, sed fordidi admodum ac illiberales. Stupiditatem vultu præ se ferunt. Litterarum plane expertes sunt. In ea enim incidere tempora, quibus nihil sciendi ars incrementa passim capiebat. Impeditioris sunt linguæ ac Graja illa venustate prorsus vacui. Vetustissimi denique septimo demum sæculo sese natos perhibent. Duo præcipue sunt, quorum fides hoc in negotio spectari potest, auctor ALEXANDRINI CHRONICI, quod RADERI & CANGII curis illustratum habemus (a) & ANTIOCHENUS ille MALALAS. (b) Reliquorum, qui juniores sunt, nulla plane ratio haberi potest, eo quod, quæ priores vomuerant,

(a) Ad A. C. XCIII.

(b) Hist. Chronicæ P. I. p. 345. Oxon. 1691. in 8.

rant, mirabili industria collegerint ac denuo propinaverint. Idem enim, quod scriptorum hodiernorum quamplurimis in more positum, tunc obtinebat. Quid quis dixisset, non quam vere, attendebatur. Non deesse satis erat, unde transcribere, voluminaque sua locupletare possent. Duos igitur ex omni memoria testes habemus tantarum rerum. Quosnam vero? Pudet dicere. Quingentis minimum annis ab ætate APOLLONII remotos. CHRONICON illud septimum redolet seculum. MALALAM qui antiquissimum faciunt hoc paullo antiquiorem putant. Pergo. Sinistræ famæ homines, quos inter aniculas stamina quondam duxisse, diceres. Nugatores certe, quorum narrationibus, ut omnes eruditi consentiunt, tam tuto creditur, quam Cretarum adseverationibus. Non Historicos denique, sed compilatores. Quem tantorum hominum auctoritas non commoveat?

§. 9. At quid duos laudo testes? omnia circumspicienti unicus tantum offertur. Eadem verba de his imaginibus, nullâ fere voce immutata, & in CHRONICO, quod dixi, & in MALALA leguntur. Alterum ergo alteri sua debere, manifestum est. Nil moneo, uter furti crimine sese obstrinxerit? Doctissimi viri, HUMFR. HODYUS (a) & Guil.

(a) Diff. de Malala vid. §.XXII. S. \*\*\*\* 4.b. & §.XXX.  
\*\*\*\*\* I. a.

**GUIL. CAVEUS**, (a) dum de **MALALAE** disputarunt antiquitate, hanc litem simul adtigerunt. Ille juniorem facit hominem, ac nono saeculo scripsisse, satis erudite contendit. (b) Hic pro ejus vetustate militat ac non diu post **JUSTINIANUM** floruisse, adfirmat. Quis rectius judicaverit, alio loco mihi dicendum erit. Jam perinde est, quem sequamur; praefertim cum uterque homines hos nimium quantum fabulis fuisse addictos, fateatur. Sic eo demum ventum est, ut universa haec causa ex unius recentioris Graeculi, ejusdemque stupidi plane ac inertis, ore pendeat, sive is **GEORGIUS** quidam, Chronici Alexandrini scriptor, sive **MALALA**, sive etiam, quod addendum est, **DOMNINUS. ANTIOCHENUS** nimirum τὸν σοφωτάτων χρόνον γεγενῆσθαι Δομνίνου laudat, ex tot, quos passim citat, scriptoribus unum, eumque obscurum, unde quæ de **APOLLONIO** habet hauserit. Fuerit per me is testis noster, a quo reliqui sua acceperint. Parum profecto refert, num is, aut alius. Etenim ad istum sapientiae gradum nulli, nisi ipsi infano, pervenire licuit, ut in infani unius Graeci fide sibi adquiescendum putaverit. Equidem ignoro, albus an ater fuerit **DOMNINUS** ille: hoc tamen intelligo, inclinans.

(a) Hist. litter. Script. Eccles. Tom. I. p. 312. & T. II. p. 126.

(b) Suffragatur huic vir eruditissimus, **EDU. BERNHARDUS**.

inclinantis Græciæ fuisse moribus, eaque præditum sapientia, qua MALALAS, unde mihi innotuit.

§. 10. Reliquos testes, *Vir Amplissime*, vix operæ pretium est nominare: Sed paucis tamen eos perlustrabo. GEORGIUS CEDRENUS (a) primus est, ex undecimo sæculo miser quod omnes norunt, compiler, fabulatorque audacissimus, quem divinus olim SCALIGER *quisquiliarum stabulum* nominabat. Sequuntur GEORG. CODINUS (b) & JO. TZETZES, (c) qui eadem portenta longo nobis adparatu occinunt. Ne quem vero splendida turbent nomina, alter, ut nosti, decimi quinti sæculi scriptor est, omnis plane iudicii expers, alter frigidioris venæ Poëta ac Grammaticus, cui civium nugas carmine contexere jucundum videbatur: qui MALALAM præterea sequitur, quem se legisse non diffitetur. (d) Mihi plures non innotuere. Producit tamen CHILMEADUS (e) MICH. quoque GLYCAM, qui de his APOLLONII rebus aliquid in litteras retulerit. (f) Adjungantur ergo & hic, & si forte plures adhuc Græcorum mihi quidem ignoti supersunt, ad-

(a) Compendio Histor. p. 197. 246. ed. Paris.

(b) Originibus Constantinop. p. 30. ed. Lambecii.

(c) Chiliad. I. Hist. LX. conf. *Olearii Philostratum*. p. 372.

(d) Chiliad. VI. Hist. LXI.

(e) Notis ad Malalam p. 342.

(f) Annal. ab O. C. P. III.

adjungantur ceteris. Meliorem sociis GLY. CAM esse, nemo sibi perluadebit, qui duodecimo sæculo annales suos inepte hunc Siculum confarcinasse noverit.

§. 11. Causa cognita est; *Celeberrime Vir*, quod jam decretum formabimus? Equidem sic decerno, nil causæ viris fuisse doctis, cur omnis artis telesticæ inter Græcos hunc magistrum fuisse contenderent. (a) Præcipiti errasse judicio, qui Byzantium & Antiochiam monumentis hujusmodi ab eo exornatas fuisse crediderunt. Iter jam hæc omnia ad PLATONIS parant *Atlantidem*, quo illius civitatibus ornamento ac præsidio sint. Liberalius hinc eos decebat cum eruditis agere hominibus, qui se omnia veritati tribuere clamant, vulgique opiniones, ac pallium DIOGENES, dudum se abjecisse ajunt, quam putida ejusmodi commenta cum sanctissimorum virorum miraculis comparare. Fovit Britannia, quibus somnia hæc in mentem venerint, sed eos, quorum nubila mens ac frenis vinctæ erat. Non ergo illud mirum, sed hoc, passim suos fautores ista humani ingenii excrementa reperire potuisse & adhuc reperire. Qui quidem, nisi ab omni intelligendi facultate penitus

(a) *Thom. Stanleius Hist. Philos. Orient. Sect. 11. cap. XXVI. p. 1145. ed. Lips. Quæ instar amuletorum erant (telesmata) eas quidam putant esse recentius a Tynaeco Apollonio inventas ac revera primus eo nomine apud Græcis celebris factus est.*

tus relictī sint, ex his, quæ disputavimus, dis-  
scent, quo loco omnes illæ, quas crepant,  
narrationes habendæ sint. Non pugnam ce-  
terum averſamur, quacumque demum ex  
parte nobiscum congregari velint. Sed admo-  
nitos tamen eos cupimus, ut si quid ulterius  
meditentur, Criticorum antea pueris erudi-  
endos sese tradant. Hoc factō, si quid nebula-  
rum supersit, ne fumoso nimis utantur cerebro,  
maximopere verendum est.

§. 12. De fabulæ natalibus pauca mihi ad-  
huc differenda sunt; at quales illi fuerint, non-  
dum satis constitui. Num discipulorum  
APOLLONII quemquam corvos hiantes de-  
luisse dicendum est? APOLLONII sane ab  
ipsius nomine dicti sunt, qui ex disciplina ejus  
prodire. Sic enim cum doctissimo OLEA-  
RIO legendus hic est PHILOSTRATI locus:

(a) Ἀφικοντο δ' αὐτῷ καὶ Ἴωνες οἱ ὀμιληταὶ παν-  
τες,

(a) Lib. VIII. c. XXI. p. 364. Commodum hic mihi  
nascitur occasio, cum de APOLLONII loquor di-  
scipulis, THONUM Ægyptium eorum exturban-  
di numero, quem CL. OLEARIIUS, nescio quo er-  
rore, in iis fuisse censuit. Ipsa Celeb. viri verba  
primum dabo, ex *Notis in Philostr. ad L. IV. c. XI.*  
*p. 148. n. 4.* Loquitur de sectatoribus APOLLONII,  
Dioicoride & Phædimo, quorum ibi mentio. De-  
inde sic pergit: *Fortē autem in illa ὀμιλία, ut loqui-*  
*tur paulo post Philostratus, Ἰῶνος quoque mentio faci-*  
*enda erat, Ægyptii, quem inter Apollonii discipu-*  
*los refert Lucianus in Pseudomant. p. 663. Nisi ta-*  
*men*

περ, ὅς ὀνομαζόντων Ἀπολλωνίους ἢ Ἐλλας. *Venerunt ad eum ex Jonia quoque discipuli omnes, quos Apollonios Græci vocabant.* At si hæc valet conjectura, quo minus ad ipsum recurramus magistrum, nil impedit. Num alter ille APOLLONIUS, qui sub ANNA COMNENA vivit, huc advocandus est, quem TZETZES me-

*men eum ille in Aegypto demum sequi cœpit. LUCIANUM appellat. Igitur audiamus virum. Legitur locus mihi T. I. Opp. Luciani ed. Grævii p. 750. ubi de ALEXANDRI sui præceptore sic loquitur, ὁ δὲ αὐτὸς ἐκεῖντος δημοσίᾳ, μὲν δὴθεν ἰατρός ἦν, ἠπίσταντο δὲ κατὰ τὴν Θωνος τῆς Αἰγυπτίας γυναῖκα, Φαρμακὰ πολλὰ μὲν εὐθλα μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρὰ. ὧν ἀπαντῶν κληρονομία, καὶ διαδοχία (Alexander nempe) αὐτὸς ἐγένετο. Atqui is apud populum medicinam profitebatur, ἔσνορα, quemadmodum Thonis Aegyptii conjux pharmacamixta, salubria multa ἔσνορα multa. Hunc ipsum ALEXANDRI sui præceptorem adjungit demum LUCIANUS nostri fuisse APOLLONII discipulum. Perspicuus jam fere est error. Magis vero adhuc patebit, si HOMERUM in partes vocemus, ad quem LUCIANUS more sui temporis frequentissime alludit. Is ubi de HELENA canit, quæ, ut animi sedaret moerorem, singulari quodam usa sit medicamento, sic pergit, Odyss. Δ. v. 227. s. p. m. 31. ed. Basil. 1561. fol.*

Τοια δὲ ἰσθὺς θυγατρὸς ἔχε Φαρμακὰ μηπογεντὰ  
Εὐθλα, τὰ οἱ πολυδαμνα πορὸς θῶντος παρα-  
κοίτης

Αἰγυπτίη, τὴ πλεῖστα φέρει ζειδωρὸς ἀρῆρα  
Φαρμακὰ, πολλὰ μὲν εὐθλα μεμιγμένα, πολλὰ  
δὲ λυγρὰ.

memorat ? Facerem, nisi jam ante COMNE-  
 NAM in ore hominum miranda hæc opera  
 versata fuissent. Quid itaque censendum?  
 Nexum totius rei, qui mihi quidem omnium  
 veri videtur simillimus, demonstrabo. Quarto  
 primum sæculo rumorem de his rebus per-  
 crebuisse, observavi, a quo quidem tempore,  
 quo HIEROCLES una cum aliis, id quod alio  
 loco ex AUGUSTINO ostendam, id agebat,  
 ut ex ejus laudibus Christianorum sacris invi-  
 diam concitaret. Etiam si enim non plane  
 nullum antea nomen ejus fuerat, tum primum  
 tamen pars publicarum de vera religione  
 disceptationum esse cœpit. Eccui vero du-  
 bium esse potest, utrosque & Christianos &  
 Deorum cultores sequenti tempore summo-  
 pere laborasse, quo illustriorem aut exosum  
 magis hominem redderent ? Hi si quid forte  
 reperirent, quod ineptum vulgus magnæ vir-  
 tutis opus putaret, aut si quid fabularum inter

Class. III. Fasc. I.

C

ho-

*Talia Jovis filia habebat pharmaca utilia,  
 Bona, que illi Polydamna præbuerat Thonis  
 uxor*

*Ægyptia, que plurima producit fertilis terra  
 Pharmaca, plurima quidem bona mixta, multa-  
 que mala.*

Vides, THONIM, Polydamniæ apud HOMERUM  
 maritum, invitum plane sectatoribus APOLLONII,  
 multa post secula viventis, connumeratum fuisse.  
 Hæc si tanto viro excidere potuerunt, quis nobis  
 veniam non dederit, si tibi fortassis lapsi simus ?

homines versari audivissent, id eo omne trahebant, ut Diis proximum fuisse, fidem facerent. Christiani tantum aberat, ut mendaciorum postularent, ut hinc potius rebus suis consulere, mortaliumque nigerrimum ac malarum mentium familiarem fuisse, disputarent. Ac potissimum quidem harum narrationum partem ab inimicis ejus excogitam fuisse, EUSEBII ac ISIDORI loci indicare videntur. Crevit cum tempore hominum opinio. Quæ confusius jactabantur, inconsulta quorundam levitas explicatius postea tradidit. Mortalium quis ignorat indolem? Ubi semel quis aut major, aut venustior, aut pejor etiam ceteris putatur, in hunc omnia conjiciunt, quæ unquam de virtutibus aut vitiis istiusmodi acceperunt. Testis sit celeberrima apud Germanos de JO. FAUSTO Historia, cui ego quidem hanc omnem de TYANEO narrationum congeriem simillimam esse judicio. Mox scriptor quidam Græcus, eorum ex ordine, qui lolio victitant, bona fide quæ ex graculis audiverat, sic retulit in commentarios, ac si Apollo quidam in somnis nuntiasset. Atque hoc pacto totus ille ineptiarum acervus eam, qua nunc est, perfectione adeptus est. Probabilior cogitanti origo succurrere non potuit. Sed cur Antiochiam præ ceteris & Byzantium elegerint, quibus tanta bona intulerit, equidem con-

conjectura nulla consequor. Num forte convenientissimum existimarunt, illustribus factis illustria adsignare theatra? Num aliud quid animo voluerunt? Satius est suspicionibus abstinere, tantis præsertim in tenebris, quam multa dicendo nihil dicere.

§. 13. Habes, *Vir Amplissime*, quæ inter perpetuam cum morbo nescio quo luctam de figuris APOLLONII telesticis in chartam conjeci. Te rogo, ut, si quid minus solide scriptum videas, emendes, mihi que, num quæ mihi supersunt hujus generis satis multa luce digna sint, significes. Aequum TE novi judicem. Quapropter TUÆ stabo sententiæ. Ita vale, meque, uti facis, amare perge.

Dab. Kiliæ d. XV. Maji A. O. R.

MDCXCIX.

A. NORRELI *Sueci*

ΣΧΕΔΙΑΣΜΑ (a)

DE

A V I B U S

ARBEH, SOLAM, CHARGOL  
ET CHAGAB.

*ad locum Lev. XI, 20. 21. 22.*

ARGUMENTUM.

Multa in S. literis adhuc enodanda restant. §. 1. Quid sint העוף שרץ? *Scortum Latinorum.* עוף טהור. §. 2. Locus Lev. XI, 20. non intellectus neque Judæis, neque Christianis interpretibus. An dentur aves *quadrupes* §. 3. Quid sit ארבע. Suecorum *grop.* Latinorum *carpus.* Quid sit avis ההולך על ארבע. §. 4. Non intelliguntur *Locustae* §. 5. Rationes aliter sentien-

(a) Hoc Amstelodami editum iri indicabamus præcedentis Tomi pag. 955. Cum autem ejus exemplum nacti præter expectationem tam paucarum esse pagellarum deprehendimus, exemplaria autem perpauca impressa mox evanuerint, omnia autem præclarum atque in Philologia sacra exercitatum Auctoris, quem nunc ad augendas eruditionis copias in Angliam trajecisse accepimus, ingenium arguant, quamquam rem ipsam ulteriori adhuc disquisitione dignam censeamus, heic denuo tuo B. L. conspectui sitere, quod bona tua cum venia fieri persuasi sumus, volumus. T. d. H.

tientium examinantur. Job. XXXIX. 20. illustratur. Locustæ non habent *quatuor* pedes, sed *sex* §. 6. כרעים non notat *crura*, sed pedes infimos, sive ungues. §. 7. נתר notat *vulnerare*, discerpere. §. 8. Multæ voces sunt Πολυσημοι. Quid per 4. illa avium genera intelligatur. Conclusio. §. 9.

§. 1.

**Q**ui jam omnia in volumine sacro Philologorum industriâ excussa esse putant; næ illi suâ se opinione valde decipiunt. Larga enim adhuc superest messis, in quam non

THEOLOGIS modò, verùm etiam NATURALISTIS, ut vulgò audiunt, falcem convenit mittere. Quod ad res naturales, suam, suorumque circa illas ignorantiam ingenuè fatetur R. Abraham Aben Ezra ad Prov. XXII. 2. dum hæc scribit: וטעם שמות העופות והבהמות אשר פרשו הראשונים הם כחלומות בלי פתרון: Hoc idem fateri Christiani Doctores coguntur, dum in istiusmodi loca δύσκολα καὶ δυσνόητα incidunt. Unum ex multis jam adferemus, qui de mundis avibus agit, & interpretibus nondum perspectus fuit. Legitur ille Levitici cap. XI, v. 21. cui hac occasione aliquam lucem affundere conabimur. Res paulò altius est repetenda, ut eò clarior & planior evadat.

DEUS Sanctissimus, qui fons est omnis sanctitatis, ut nihil nisi quod sanctum, mundum atque purum est, ferre potest: ita ecclesiam

suam, ubicunque fuerit, sanctam esse vult & ab omni macula immunem. Hinc igitur Israëli luculentâ voce serio edixit Levitici cap. XI, 44. *Sanctificate vos quia ego sum vester Deus. Ego sanctus sum, igitur etiam vos sanctos esse oportet.* Hinc quoque præter alias leges, quas divino suo numine sancivit, etiam de MUNDITIE ac IMMUNDITIE plusculas tulit, easdemque accuratissimas, strictissimasque. Cum autem mundus ille partim in vestium nitore, partim ciborum delectu constiterit; hinc videmus nonnullas legum tabulas modos præscribere se conservandi ac liberandi ab inquinamenti vestium; nonnullas autem certa animalia recensere, quorum usus in vita communi vel licitus esset vel illicitus. Harum nonnulla suis cientur nominibus, nonnulla autem certis characteristicis notis describuntur, commendantur, vel contra prohibentur ac interdiciuntur. Taceo nunc quadrupedia, cicura pariter ac fera, quorum ratio in legibus istis diligentissimè habetur. Taceo item pisces, qui itidem legibus istis peculiaribus distinguuntur notis. De volucris tantum mundis ac immundis, nec tamen omnibus, quas eadem tabulæ memorant, omnis nostra erit consideratio.

§. 2. Ob diversam alituum naturam, quâ pars earum magno in rapinam impetu feruntur; pars innoxio naturæ instinctu cibum quærunt; pars, Venere stimulante plurimum lasci-

lasciviunt; pars autem castiores sunt & in parturiendis ovis, pullisque excludendis continentiores, frigidioresque; in duo tantum universalissima genera à sacro-sancta illa lege dispescuntur. Prius illud uti constat non avibus modò adunco rostro & incurvis, præacutisque unguibus instructis, verum etiam admodum salacibus ac fœcundis: ita libidinosæ suæ naturæ convenientissimo titulo שרץ העוף i. e. Avis πολύτεκνον seu *multipara* nuncupatur. Nihil nunc moramur interpretes voces שרץ העוף כל per πάν ἕρπετόν ἀπὸ τῶν πετεινῶν, & per *omnis volucris* reddentes, qui sanè, quod titulus iste in recessu habet, non exprimunt. Si autem ad nativam significationem טרף שרץ ingenii sui aciem intendissent; sine dubio animadvertissent fontem illum vim ac virtutem habere *piscium more abundanter progignendi*, ipsùmque quasi laticem ex tam largo fonte profluentem, nomine שרץ venire, quo aves salaces & plurimo congressu fœcundæ adpositè admodum indicantur. Πῆσις igitur שרץ העוף absque dubio avem salacem & multiparam denotat, quam Latinè eodem prorsus retento vocabulo, at usu ac formâ non nihil dissimili, *scortum avis* reddideris. שרץ enim & *scortum* nomine tenus & re planè idem esse, quis non pervidet. Posterius autem genus avium, ut à modico diverticulo ad propositum fiat reditus, ob aves innoxias, castas & pudicas, queis constat, עוף טהור vel צפור

צפור audit, cui titulo nostrum Avis munda & pura ex affe respondet. Sub priori, nempe שרץ העוף justâ recensentur serie Aquilæ, Milvi, Vultures, Haliæti, Struthiones, Noctuæ, Lari, Accipitres, Bubones, Merguli & istius generis aliæ, inque his Arbeh, Solam, Chargol & Chagab, de quibus nunc præcisè agitur. Verum enim vero quæ titulo צפור טהור veniunt non equidem, ut immundæ ac rapaces, prolixo commemorantur catalogo; at enim contra, ut domesticæ & nemini non in politia Judaica satis notæ, titulo isto notissimo generatim duntaxat indicantur. Harum è numero *Columbas* ac *Turtures* fuisse, frequens earundem in sacris usus quin & venditio in ipso templo, satis superque arguunt. Ceterum has, & id genus alias, nunc missas facientes, ad quatuor illas Arbeh, Solam, Chargol & Chagab nos propius conferimus.

§. 3. Has ad שרץ העוף suâ naturâ pertinere, ipsa lex luculentis indicat verbis, earundemque frequens congressus & πολυτεχνία, quæ hodiernum quoque cernitur, satis comprobatur. Lex hoc verborum tenore citato Levitici capite XI. commate 20. legitur: כל שרץ העוף ההולך על ארבע שקץ הוא לכם: אך את זה תאכלו מכל שרץ העוף ההלך על ארבע אשר לא כרעים ממעל להנליו לנתר בהן על הארץ: Hanc crudè admodum ac insulsè nonnulli interpretum ita Latinè reddiderunt. *Omne de volucris, quod graditur super quatuor pedes, abomina-*

minabile erit vobis. Quidquid autem ambulat quidem super quatuor pedes, sed habet crura super pedes ut salire possit cum illis super terram, comedere debetis. Quantum hæc ab originibus suis discedant, quantumque ab ipsa veritate abluant, si nunc adcuratè excuteremus, filium hujus dissertatiunculæ temerè abrumperetur. Quocirca ea, quæ in versione data pumice egent, παραγοργῶντες, legem istam in linguam Latinam ita transfundimus: *Avis omnis multipara quatuor incedens digitis, vobis profana esto. Has tamen ex multiparis comedetis, quibus non sunt unci prominentiores in digitis ad discerpendum ac dilaniandum iis in terra.* His summus ille Νομοθετης mox subnectit. את אלה מהם תאכלו את הארבה למיננו ואת הסלעים למינהו ואת החרנול למינהו: *Has tamen ex illis comedetis. Arbeh* ⚔ *ejus speciem, Solam* ⚔ *ejus speciem, Chargol* ⚔ *ejus speciem* ⚔ *Chagab ejusque speciem.* Ex præcedentibus evidentissimum est omne שרץ העוף Israelitis fuisse interdictum. Arbeh autem Solam, Chargol & Chagab isti annumeratas fuisse vel (1) ab ipsa hac exceptione: *Has tamen ex multiparis quatuor digitis incedentibus comedetis.* (2) notâ characteristicâ, quæ ostenditur verbis: *Quæ prominentiores non sunt unci in pedibus ad discerpendum iis in terra & denique* (3) ex ipsis earundem nominibus, quæ in ultimis legis verbis proferuntur, luculentissimè patet. Extra omnem igitur dubitationis aleam positum esse arbitramur aves

hasce ex numero lascivarum fuisse & per indulgentiam DEI Opt. Max. ob mansuetudinem suam ac mitem naturam populo Israëlitico concessas fuisse in cibum.

Verum enim vero ostensu paulò difficilius est, quales sint aves, quas nominibus istis intellectas voluit sanctissima illa lex. Si ad Judæos tanquam antiquitatum suarum optimos Mystagogos nos converterimus; ex ore celeberrimi Rabbini Salomonis Jarchii hæc accipimus: שרץ העוף, הם הדקים הנמוכין הרוחשין על הארץ כגון זבובין וצערין ויתושין וחגבים: hoc est שרץ העוף sunt exilia, humilia, humi reptantia, utpote muscæ, vespæ seu crabrones, culices & cicada. O delicias! o cibum delicatum à benignissimo DEO Israëlitis adeo clementer concessum! Quid de his volucribus existimandum? Quid de sequentibus ejusdem Rabbini verbis, quibus ההולך על ארבע explicat ממעל לרגליו & per incedens quatuor pedibus, & סמוך לצוארו יש לו כמין שני רגלים לברך רגליו וכשרוצה לעוף ולקפוץ מן הארץ מתחזק באותן שני כרעים ופורה ויש מהן הרבה כמותן Prope à collo sunt quasi duo pedes præter quatuor istos, quos habet, & quando vult avolare aut subsultim à terra se elevare, facto utroque cyure valido nixu, avolat. Sunt autem multe ut sunt illæ, quas LOCUSTAS vocant. Piget plura ex Salomone, iisque gemina ex aliis Rabbini proferre. Qui eorum placita & etymologias

gia legere cupit; evolvat eorum commentarios in caput & comma Levitici citatum, itemq; in Deuteronomii caput XIV, ubi leges de avibus denuò proponuntur, videbitque,

(Horrendum vultu) latices nigrescere sacros.

Relictis igitur Judæorum Theologis, ad Christianorum nos conferimus, majorem lucem ab illis accepturi. Hi denso agmine prodeunt, ultrò fatentes se vel prorsus ignorare quid præcisè significant Arbeh, Solam, Chargol & Chagab, vel cum Judæis credere esse LOCUSTAS & BOMBYCES. Hos inter nomen fatentur Junius & Tremellius, qui vel Jobi Ludolphi stylo Part. I. de Locustis p. 14. & 16. pœnas daturi, *inconsideratè admodum bombycem, cantharumque admiscuerunt.* Horum etiam nonnulli ejusmodi nobis aves quadrupedes recurvis cruribus ad saltus faciendos aptis, sistunt, quales tota ignorat natura & haut immeritò Chimæras inter ac Pegasos retuleris. Clarissimus Ornithologus Franciscus Williby, ut veteres mittamus, *Aves universe, inquit, binis pedibus incedunt, quod eis cum homine commune est.* Idem item fatetur eruditionis laude celeberrimus Jobus Ludolphus, *aves quadrupedes in rerum natura non dari* apertissimè docens. Quid opus anfractu & testimoniis ubi res ipsæ loquuntur? Si vel

Acteon & cum eo -----  
 ----- Melampus Ichnobatesque sagax  
 Pamphagus, & Dorceus & Oribasus, Arcades  
 omnes  
 Ne-

*Nebrophonosque valens, & trux cum Lelape  
Theron*

*Et pedibus Pterelas & naribus utilis Arge*  
affiduâ per montes, per saltus, Theſſalica Tempe, Ægypti ſolitudines & nemus omne ignotum venatione diſcurrerent, vix ac ne vix quidem ullam depræhenderet avem quatuor pedibus incedentem. Hi itaque falſimonis falſi Arbeh, Solam, Chargol & Chagab pro quadrupedibus avibus temerè venditant, & quum Deum dicunt diſpenſatione legis univerſalis iſtiusmodi entia rationis permiſiſſe, vel nihil dicunt vel delirant.

§. 4. Jucundum tamen fuerit inveſtigare lapidem illum offenſionis, cui impingentes tam gravi lapſu prociderint interpretes, alioſque quàm plurimos ſecum in foveam quali præcipites dederint. In lege illa divina occurrunt *על ההולך ארבע* quæ non integrè & pleno ſenſu, ſed ſtylo concifo ac elliptin admittente ſcripta eſſe autumant, ſuſpicantes *רנלים* voci *ארבע* ex verſu 23. Capituli XI Lev. addendam eſſe, ut ſenſus inde planus ac plenus emergat. Verumenimvero ſuis præjudiciis, vaniſque conjecturis miſerè decepti, figuram illam Rhetoricam loco integerrimo & omnibus numeris abſoluto affinxerunt. Vocabulum enim *ארבע* quod alioquin frequentiffimè, ceu ſatis notum, *quatuor* denotat; hic non ſimpliciter per *quatuor* explicandum; ſed jubente ipſius textus *συμφερα* & rei indole, per  
pe.

pedem in quatuor digitos ab ipsa natura fissum ac scissum.

Hujusmodi pedem nomine ab Hebræis in suam coloniam deducto *Reifa* vocârunt veteres Hyperborei, quod sanè & scriptione & significatione cum ארבע coincidit. Nam ארבע eliso א quod essentiale non est, רבע pronuntiatum & nihil vel parùm ab *Reifa* abludit, quod, interpretibus Gudmundo Andreæ in Lexico suo Islandico p. 121. & b. Verelio in suo Lexico p. 104. *carpum* & *manum focæ* vel *ejusmodi animalis denotat*. Idem nos hodie in proletoario sermone, factâ tamen literarum metathesi, *Grep* efferimus, unde etiam Latinorum *carpus* promanâsse videtur, quo cum aliud magis aptum in Latio non reperiatur, vocem ארבע exprimere necesse erit. Non quidem ignoramus *carpum* Anatomicis dici illam manus partem, quâ per articulum cubito adhæret. Interim tamen videtur καταχρηστικῶς eo modo usurpari, at κρηστικῶς denotare id quod Suecicè *Grep* nuncupamus. Si enim ad verbum *carpere*, quod notat mediantibus digitis aliquid decerpere, & ad Italorum *carpire*, quod profus idem est, respicere velimus; mox nobis persuasissimum erit *carpum* propriè *manum digitatam* significare, quemadmodum *carpone* Italis hoc idem etiam hodie notat, teste de la Crusca in vocabulario suo verbis. *Carpone e vale carpañdo cioè camminando con le mani per terra*. Et licet hæc vocis significatio apud  
bonos

bonos auctores Latinos vix occurrat, nihilo-  
minus ipsa cogit necessitas & Latini sermonis  
egestas hanc nunc admittere. Nos autem à  
virgula censoria facilè vindicabit ipsemet Ci-  
cero, qui libro de Finibus tertio *Imponenda  
sunt*, ait, *nova novis rebus nomina, quod quidem  
nemo mediocriter doctus mirabitur; cogitans in o-  
mni arte cujus usus vulgaris, communisque non sit,  
multam novitatem nominum esse.* Quod verò  
ad versum illum capite ex Levitico citato;  
nihil in illo præsidii habent interpretes, quan-  
doquidem de monstrosis avibus agat, quæ  
aliquando præter consuetum naturæ ordinem,  
quatuor nascuntur pedibus. Sed de *Arba*  
*ארבע* & foedo errore ex eo orto, plus satis  
jam dictum.

§. 5. Ad eos pedem referimus, qui per  
ejusdem legis verba: *ההולך על ארבע אשר לא  
כרעים ממעל לרגליו לנחר בהן על הארץ:*  
locustas intelligi volunt, idque ideo potissi-  
mum, quia locustæ quatuor habent pedes,  
quibus saltant in terra. Egregia sanè anima-  
lia de quibus Maro.

--- --- --- --- *Raucis*  
*Sole sub ardenti resonant arbusta cicadis.*

Hujuscemodi canoras aves cornibus ac cruri-  
bus prælongis præditas, quibus nemesis divi-  
na Ægyptum, Palæstinam, aliásque provin-  
cias miserè olim affixit, populo suo, tot aliis  
beneficiis exornato, tot miraculis claro, in  
cibum

cibum concessit indulgentissimus Deus. Quis hoc credat? Quis aliis persuadeat? Nonne falcones, upupæ, lani, merguli & id genus aliæ immundæ aves Israëliitarum palato magis arrisissent, quàm hæc tam fœda visu, tamque detestabilia esu animalcula? Quid quod? nonne salivam Israëlitis in terra Gosen habitantibus movisset, quum audivissent Ægyptum locustis abundare, suam autem regionem tam bonis avibus destitui? Nonne si adeo delicatæ ac nobiles fuissent, unam saltim locustarum turmam transmisisset Deus, quâ sub gravissimo jugo constituti vel famem exstinguerent, vel genio suo non nihil indulgerent. 2. Sed vellunt nobis aurem interpretes dum locustas non unius, ejusdemque generis ac indolis, sed contra multiplicis, multumque differentis esse docent. Fatemur eos rectè monere. Nam Thomas Muffetus, qui minimorum animalium Theatrum edidit, id pulcerrimè ostendit. Et in Talmude Titulo םליל fol. 65. idem disertis verbis inculcatur. (Cfr. & Raschi ad locum præsentem.) Fatemur præterea locustas nonnunquam pro cibo usurpatas fuisse, sed raro (a) sed summâ urgente necessitate, quâ

(a) Nescio fane, an hæc assertio cum tot veterum testimoniis conciliari queat. Agatharchides enim tradidit Libyæ & Æthiopiæ populos iis vesci sale aut aliter conditis πάντα τον χρονον. Diodorus Siculus ex illis δαψιλεις τροφας εχεν ἀπαντα

quâ, est enim durum telum, ut proverbium  
habet, multi interdum adacti sunt res turpif-  
simas

τοῦ βίου. Artemidorus apud Strabonem, *illis vivere,*  
Solinus & Plinius *iis fumo & sale duratis TANTUM*  
*vivere,* Dioscorides *iis vesci κατακορως, ad satie-*  
*tatem usque,* docent. Plinius scribit eas *Parthis in ci-*  
*bo gratas esse.* Græcis quoque non comestas so-  
lum, sed & aliquando in deliciis habitas, immo in  
conviviis regiis nuptialibus appositas ex Aristopha-  
ne, Theophylacto, Athenæo, aliis, dudum viri do-  
cti observarunt. Laudat tanquam cibum Orienta-  
libus vulgarem Plinius L. XI. c. 26. *Gentes vescun-*  
*tur iis ad orientem, etiam Parthi opibus abundantibus.*  
Quæ si vera sunt, non video, quomodo dici  
queat, eas tantum raro, & summa urgente necessi-  
tate pro cibo usurpatas fuisse. Videat qui plura de  
*ἀκρίδοθάρια* cognoscere volet Boch. Hier. L. IV.  
c. 8. Aldrov. de inf. L. IV. c. 1. Hard. ad Plin. T. II.  
p. 522. & 528. Spanh. Dub. Evang. L. I. c. 99. Dougl.  
Anal. S. T. II. c. 2. C. Adami in Obs. p. 102. Casaub.  
in Bar. Ex. XIII. c. 7. Butnerum in hist. Joh. (quæ  
in Crenii fasce IV. Exercitationum est) c. III. §. 2.  
3. Stuck. in Ant. Conviv. L. II. c. 9. J. Jac. Hotting.  
in Ex. de Joh. Bapt. §. 33. 34. O. Burkh. Premp. in  
Diatr. de Joh. B. c. 5. Andr. Glauchium de victu Joh.  
B. c. 2. 9. Rabium de eodem argumento §. 6. 7. Drus.  
in Præt. L. I. Mountac. in Or. Eccl. L. I. p. 376-----  
383. & sexcentos alios præter Ill. LUDOLPHUM in  
hist. Aeth. L. I. c. 13. & ejus comm. n. 96. uti & in primis  
in diss. de *לחם* sive locustis, cibo Israelitarum in de-  
serto, quæ a. 1694. in fol. prodiit. Addimus tan-  
tum, quod nuper in itinerario G. Damperii repe-  
ri, ex quo omne tibi tollitur dubium, cicadas,  
non comedi solum, etiam in hunc usque diem, sed  
& tam a tenuioris, quam lautioris conditionis ho-  
mini-



mini non constat animalcula esse, insecta rectius vocaveris, viscoso liquore veluti sanie quâdam repleta ac distenta. Quis igitur a se impetrare potest ut cibum adeo detestabilem populo Dei, quem sanctum esse oportebat, obtrudat? Ipse Jobus Ludolphus, qui eorum est strenuus defensor, qui locustas fuisse putant, ultrò fatetur eas carnem non habere, sed simile quiddam. Evolvatur tractatus ejus de Locustis p. 14. & 16. Part. 1. Vidésne, summe Ludolphe, te tuis verbis veluti cassibus circumventum ac irretitum? ipsæ legis tabulæ aves & carnes loquuntur; cur tu igitur, & ii, quos tu sequeris, quique te adhuc sequuntur, insecta loquimini, & quod analogiam duntaxat carnis habet? Quod si Jobum adcuratius pervolvisses, procul dubio animadvertisses capite ejus xxxix. 20. trepidationem tanquam præcipuam notam primi generis Arbeh dicti, luculenter indicari. Ibi namque hac interrogatione התתן לסוס נבורה התרעישנו כארבה *Num equo robur addes? num perterrefacies eum tanquam Arbeh?* satis manifestè innuitur Arbeh oportere animal esse meticulosum, immo sanè timidissimum. Locustas autem pavidas esse & in fugam facilè convertibiles, nemo nisi reclamantibus doctissimis Ornithologis, ipsaque rei veritate, adferere potest. Audiamus Muffetum. *Dum hæc scriberemus, ait p. 123. Tractatus de Locustis, accepimus Hispanos ingenti locustarum numero*

mero ex Africa delatarum, fuisse afflictos. Volabant enim cohortium instar per nubes atque aërem densabant. Populus verò illis conspectis campanas pulsare, bombardis intonare, buccinis terrere, aeneis vasis tinnire, arenas projicere, omnia denique tentare, quibus abigi possent. Sed eventus voto non respondit. Nonne hinc nimis quàm manifestum est locustas pavidas non esse, sed fatuas quasi vel surdas, quæ tumultu & terroribus nihil prorsus moventur. Hoc satis compertum habuere veteres, quamobrem alia via eas pessundare conati sunt. In Cyrenea regione lege cautum fuisse memorat Plinius, ut ter quotannis locustas debellarent. Primum ova atterendo; deinde foetus destruendo, postea adultas locustas interficiendo.

§. 6. Porrò rationes, quibus interpretes inducti locustas esse arbitrati sunt, diligentius trutinabimus. Primam illis suggestisse videtur malè intellectum vocabulum על ההולך ארבע in ארבע de quo antea egimus. Cum enim per ארבע רגלים intellegerint & perspectum habuerint quadrupedes aves nusquam gentium dari; hinc igitur cum locustas quatuor pedibus præditas esse, inque numerum alituum referri posse crediderint, has ipsas per שריץ העוף innui suspicati sunt. Ceterum hanc illorum rationem levissimam esse, immo falsissimam, cum genuina vocis ארבע significatio, tum etiam error ille circa pedes locustarum, qui profectò sex sunt & non quatuor

tuor tantum, ut his falso persuasum fuit, factis arguit. (a) Hexapoda animalia locustas esse, quotquot adhuc in mundo supersunt, [supersunt autem, praesertim in Aegypto & Oriente innumerabilia examina,] sufficientissime pro me probant. Hoc neque impigerimos illos rerum naturalium Indagatores C. Plinium seniore & Aristotelem Stagiritam latuit. Hic enim de Partibus Lib. IV. c. 6. de insectis, ad quae locustae omnino pertinent, haec observavit: ἑξαποδα δὲ τὰ τοιαῦτα πάντα εἰσὶν. Ille verò huic pollicem premento,

(a) Huic tamen difficultati facili negotio potest iri obviam. Faciemus id verbis D. Augustini, quae L. II. Retractionum c. 15. leguntur; *Neque enim lex computat in pedibus duo posteriora crura, quibus locustae saliant, quas dicit mundas, & ideo discernit ab imundis talibus volatilibus, quae non saliant illis cruribus, sicut sunt scarabaei.* Scilicet, licet cicadae sint animalia ἑξαποδα, inter quadrupedia tamen recenseri possunt, si duos pedes, quibus ad salientem utuntur, reliquis, quibus incedunt, nolis adnumerare. Possentne etiam locustae dici ההולכים על ארבע quod quatuor instructae alis procedant, unde apud Aristophanem in Acharn. vocantur τετραπλευραίδες, quas ibi scholiastes explicat ἀναρδεις, παρὰ τὸ πρῶτα εἶχειν πτερά. Alias distinctionem illam adductam confirmat quoque R. Lévi Barzelonita apud Hottingerum de Jure Heb. §. 151. ubi in locustis וְנָפְתִים וְרִגְלֵי וְשְׁנֵי כַרְעִים לְנֶחֱרֵן עַל הָאָרֶץ Quatuor alas, & quatuor pedes, & duo crura, quibus saltant super terram, discernit, T. d. H.

do , *His* , ait omnibus sunt seni pedes. Idem item R. Salomonem , supra nobis memoratum, observasse ex verbis ejus supra insertis manifestum est. Apertè enim dixit : סמוך לצוארו יש לו כמין שני רגלים לבר ד' רגליו *Prope à collo sunt quasi* ( Quid illud quasi, sunt enim reverrà ) *duo pedes* , & *præter hos sunt illis quatuor*. Mirari itaque convenit cur meliora scientes illud Medæ apud Euripidem

Τὰ χρέστ' ἐπιστάμεθα καὶ γινώσκωμεν,  
'Οὐκ ἐκπονεῖμεν δὲ. imitari voluerint.

§. 7. Alteram rationem sibi excogitârunt, quum verba אשר לא כרעים ממעל לרגליו legerent. Affinixerunt enim voci כרעים *crurium* significationem & hoc modo Latinè reddiderunt: *habet crura supra pedes*. Quid, Sodes, dicunt quum crura supra pedes dicunt? Quodnam ex animalibus crura infra pedes habet? Omnes omnino aves crura habent supra pedes, ergo habere crura supra pedes, non potest esse avium harunce nota characteristica. Longè itaque aliud notat vocabulum כרעים. Notat generatim *infimos pedes*, quod ex Lev. VIII, 21. & Talmudico כרעי דתרנגולא rectè observabit b. Relandus *Antiquitatum Sacrarum* Parte II, §. III. p. m. 193. & speciatim ungues, easque prælongas & præacutas quales sunt aquilarum, accipitrum, falconum, ceterarumq; avium rapacium, quod ex singularum vocum examine porrò constabit. Hunc significatum

Auctor KERI CHETIB perspectum non habuit, adeoque, cum persentisceret nullum pæne sensum in Chetib esse, si א with Aleph legeretur & exponeretur per *non*, tum enim hic sensus emergeret: Omne de volucris, quod crura non habet supra pedes; Hinc in locum א with cum א substituit ל with cum ׀ idque eo consilio, ut sensus contrarius ex verbis istis eliceretur, nimirum quod sint aves habentes crura supra pedes. Verum enimvero textus, Deo laus, saluus est & integer hanc notam characteristicam avibus nostris, per dispensationem legis exceptis, manifestè tribuens, quod rapacibus unguibus prorsus careant. Habent quidem ungues, sed breviores, obtusiorésque ac ad prædam agendam ineptas.

§. 8. Porro quemadmodum in hac voce transferenda plurimum lapsi sunt & hallucinati, sic item quum לנתר בהן נטוה פ priora ista proximè excipiunt, Latine exprimerent. Per *salire* verterunt, cum tamen per *discerpere*, *vulnerare* & *dilacerare* oporteret vertere. Ultrò quidem fatemur in Hebraicis Lexicis neque hanc significationem reperiri; adseveramus tamen hanc ei nativam esse & genuinam. Nam id non modò ex vi ac tenore ipsius legis; verùm etiam ex Arabica lingua, cui multos profectò mater Hebræa servandos tradidit thesauros, colligi potest. Arabibus נתר *natarā* est *vi trahere*, *rapere*. נתרון *nataron*, *Confossio violenta*. Hinc discimus verba לנתר בהן

הארץ על הארץ indicare actum illum vulne-  
randi, quo aves rapaces, mites ac innoxias  
furtim è terra abripiunt, dilacerant atque dis-  
cerpunt.

§. 9. Denique hanc rationem longè maxi-  
mam rati sunt interpretes, quòd in multis sa-  
cræ historiæ locisprehenderint vocem  
הנני ארבה *locustas* denotare, ut Exodi X. 4. הנני  
מחר ארבה בגבלך & vocem הנב in Li-  
tania Salomonis, quâ Deo templum conse-  
crat, idem significare. Exinde concluderunt de  
הנני ארבה & הנב quæ sunt inter ἀπαξ λεγόμενα,  
quod consimilis etiam illis esset significatio,  
præsertim cum ceteris in eodem commate  
accenseantur. At enim per quàm notum est  
idem vocabulum ὁμωνύμως res diversissimas  
denotare. (a) Novimus taurum & montem  
esse & bovem: canem & stellam esse & mo-  
lossum: Lupum in sylvis pecudes laniare &  
in aqua pisces diglutire: & herbam & inse-  
ctum Erucam vocant Latini: Σιγάτιον Græcis  
est herba pariter ac passer. Quid opus pluri-  
bus exemplis cum iis omnis abundet lingua?

D 4

Ra-

(a) Vel ipsa hoc confirmat vox *Locusta*, quæ apud  
Latinos non illam solam insecti volatilis speciem,  
de qua loquimur, indicat, sed & cancrum marinum,  
quem Græci vocant καραβον, (Saxones mei vel ab  
ea mutuati sunt hoc nomen, ut sæpissime alias, vel  
dederunt Helladi, atque retinuerunt etiamnum,  
appellant enim Krabbe) ut & aliquod piscium sive  
lacertorum genus, quod alias Trachurum sive σαυρον,  
(Germanis Macrellen) nominant. T. d. H.

Rationem hujuscemodi amphiboliæ eleganter prodit Gesnerus Lib. III. p. 223. verbis: *Sed idem insecto Ⲙ avi nomen esse non mirum, cum Ⲙ alia non pauca animalia in diversis generibus sepe nomen unum homonymum obtineant propter communem aliquam in utrisque similitudinem coloris, ingenii, vocis aut quamvis aliam.* Hoc ipsum haut rarò interpretes suspensos tenere, quis ignorat? Et qui translatoris officio fungitur satis compertum habet *πολυσημίαν* istam magnam parere difficultatem & ipsum Argum haut rarò decipere posse. Annon voces *רנב & ארבה* simili ambiguitati obnoxia sint, & an ex earundem significatione *παρ' ὑπόνοιαν* factâ, aliquid solidi de *סלעם & חרנול* statuatur, ex iis, quæ hactenus differuimus, satis constare putamus. Ostendimus enim *רנב & ארבה חנב & סלעם חרנול* aves designare multiparas, unguibus destitutas aduncis & rapacibus.

Istis autem titulis quatuor genera avium intelligi, ex voce *למינהו* firmiter colligitur. Quid enim opus fuisset illam addere, si per *רנב / ארבה / סלעם / חרנול / חנב* certas avium species intellectas voluit lex illa? Ceterum an per illa aves indicentur, quas Herbivoras, Vermivoras, Granivoras & Baccivoras Naturalistæ vocant, heic excutere leges, quibus justæ magnitudinis dissertatio circumscripta est, prohibent. Quocirca finem huic imponentes, exquisitiorem, magisque operosam hujus argumenti tractationem à Nobilissimo Viro OLA-

VO RUDBECKIO, Academiae Upsaliensis Doctore & Professore excellentissimo exspectamus, qui THESAURO suo LINGUARUM ASIAE & EUROPAE HARMONICO multam multis Sacri Codicis locis foenerabitur lucem.

A nobis interea exspecta locum Talmudis §. 5. indicatum, qui de AVIBUS hisce SACRIS insignis est, adeoque versionem, notas, & disquisitionem meretur solidiorem, diffusioremq. (a)

(a) Virum hunc insignem, parare novam editionem antiquissimi Judaeorum libri Sohar, nova versione atque notis instructam, ejusque jam aliquod protulisse specimen accepimus. Ut una cum Clarissimo Rudbeckio, scriptorum, quorum nobis spem dedere, editione orbem eruditum donent, nos ejus nomine majorem in modum abs utroque contendimus, qui experientia edocti sumus, nunc quidem Phœniciam transvolasse mare Balthicum, neque Populorum Orientalium scientias ac artes feliciter tractari, quam ab illa gente, quae Hyperboreo septem subjecta Trioni est. T. d. H.

G. D. P. V. D. M. I. E. R. W.

Disquisitio  
de loco

*Psalm. LXXII, 6.*

ARGUMENTUM.

Psalmum LXXII. de Christo agere probatur ex Re-  
gni descripti æternitate §. 1. amplitudine, §. 2. Gen-  
tium in Rege benedictione §. 3. Judæorum suffra-  
gio §. 4. Transitur ad verba textus §. 5. Meibomius  
notatur. §. 6. Connexio cum præcedentibus. §. 7.  
Pluviæ beneficium. §. 8. <sup>71</sup> quid. Priori membro ve-  
rosimiliter ad Pluviam serotinam respicitur. §. 9.  
<sup>72</sup> *קרי*. Posteriori membro ad pluviam matutinam  
alludi videtur. §. 10. Christi adventus hic describitur.  
Homo naturalis, tum & fideles V. T. campo  
arido comparati. §. 11. Christus quomodo se ut  
pluvia habuerit, impetratione, manifestatione &  
collatione bonorum Fœderis Gratia & Novi Testa-  
menti. §. 12. 13. 14. Quæ de Christo prædicta, in Jesu  
impleta §. 15. Praxis. §. 16.

§. I.

**P**salmmum LXXII. illustrem continere de  
Regno Messiaë Prophetiam apud illos  
omnes in confesso est, qui non vo-  
lentes cæcutiunt. Clarissima quædam  
ad hanc sententiam firmandam & omni ex-  
ceptione majora argumenta proferre juvat.  
Pri-

Primum est. v. 7. פרה בימיו צדיק ורב שלום. *Germinabit in diebus ejus justus*, & *multa pax erit donec non amplius sit luna.* Video equidem profanum Criticum *Marcum Meibomium* in sua in quosdā Psalmos Paraphrasi hanc nobis ejus commatis lectionem & versionem obtrudere conari: פרה בימיו צדיק ורב שלום. *id est: germinabit in diebus ejus justus in multa pace donec finiantur menses ejus.* Sed nondum à nobis impetravit, ut ejus dictatoriæ in refingendis sacris literis auctoritati assurgeremus, imprimis quando non alia nobis affert argumenta, quàm præclarum hoc & Meibomio dignum pag. 58. *de distichi VII. altero versu moneo, omnes ante me à vero ejus sensu aberrasse, certum me esse de hujus emendationis veritate.* Sed habeat illam sibi. Nos servata genuina & hæctenus indubia lectione & æternitatem regni, & æternitatem pacis in illo regno clarissime prædici observamus. Non quadrant autem hæc in regnum Salomonis. Quod adeo clarum & vel solis radiis scriptum est, ut R. Salomoh non aliter vim hujus argumenti declinare potuerit, quam dicendo זכל תפלה זונת קיימה חוצ מדבר זה לפי ששלמה חטא לפיכך לא נמשכה מלכותו שהמלכות נמסרת לדוד על תנאי אם ישמרו בניך אתדרכי i. e. *Et omnis precatio hæc stabilita est præterquam verbum hoc, eò quod Salomoh peccavit, ideò non protractum est regnum ejus, quia regnum traditum est Davidi sub conditione, si servent filii tui vias meas.* Sed  
 osten-

ostendit Rabbi se חסדי דוד הנאמנים & foedus cum Davide erectum non intelligere, ut quod non obstantibus castigationibus domus Davidis perpetuum est & æternum, ut adeò Sole meridiano clarius sit, hæc verba non ad Salomonem, sed ad Messiaë regnum pertinere.

§. 2. Alterum argumentum suppeditat Regni hujus Regis amplitudo descripta à v. 8--12. sit ita v. 8. describi dominium in totam terram Canaan à mari algoso ad mare Philistæorum & ab Euphrate ad desertum. Exod. XXIII, 31. coll. 1. Reg. IV, 20. certe plus inferunt sequentia. Et v. 9. quidem coram eo se incurvaturi עריצים dicuntur, pro quibus equidem עריצים Meibomius, sed rursus citrà ullum fundamentum & contra constantissimam lectionem substituere vellet. Sunt autem עריצים feri homines a similitudine cum felibus sylvestribus, de quibus hac voce עריצים designatis videatur Bochartus Hieroz. T. I. l. 3. c. 14. vel à ציה terram desertam & aridam notante ita dicti. Sed & in primis accolæ maris rubri & Ichthyophagos hæc voce designatos fuisse ex Ps. LXXIV. 14. eruditè Bochartus in Phaleg. p. 318. 319. 320. observat. Nescio tamen, an in eo Viro summo assurgere possim, quod dominium in עריצים etiam Salomoni ascribi posse existimet, cum limites dominiis Israeli promissi, de quo v. 8. hic versus jam per gradationem excedere videatur. Utrum etiam Ichthyophagi il-  
lud

lud maris rubri latus, quod Judæam respicit & Salomoni subjectam terram incoluerint, incertum est. Certe Syene ubi eos Pausanias à Bocharto allegatus collocat, ultra mare rubrum est. Et licet eorum quidam ad alterum etiam latus habitarent, nimis tamen hi à Judæa videntur remoti, neque adeo Salomonis imperio subjecti. Judicet Lector ex hisce Eratosthenis apud Strabonem Geogr. l. 16. *Angustia Æthiopiam versus à promontorio fiunt, quod Diræ nominatur, & oppidum eodem nomine habet. Ea loca ab Ichthyophagis habitantur.* Jam confer Diræ situm ad sinum Arabicum in ipsa Bocharti charta. Ibidem Strabo ex Artemidoro post insulam Ophiadem, quam ad Berenium urbem & Thebaidem collocat multas Ichthyophagorum & Nomadum nationes memorat. Sed & ד"ץ ibi hostibus accenseri videntur, quales Salomoh non nisi in extremis regno jam declinante habuit. Hoc quoque à Bocharto monitum, alios etiam Ichthyophagos à Geographis passim in extremis terrarum & Oceani collocari. Certè sequentia v. 10. 11. ad Salomonem nequeunt referri. Dicitur equidem fuisse ipsi naves, quæ ex Tharsis in Ophir abierint. 1. Reg. X, 22. Sed (a) aliud est dona ferre, aliud commercia exercere (b) ipsis Regibus Tharsis hoc ascribitur, quod dona laturos sint, qui Salomonem cum donis accessisse nusquam leguntur (c) etiam Reges omnes ipsum adoraturi dicuntur

tur, & (d) quòd omnes gentes ipsi fervient. jam de Salomone quidem dicitur, omnem terram ipsum accessisse ad audiendam sapientiam ejus & attulisse quemvis donum in manu sua 1. Reg. X, 24. Sed aliud est accedere ad audiendam sapientiam, adferre donum, aliud est servire. Putem ego in hisce non tam respectum ad regnum Salomonis ceu typum regni Christi, quam antithesin regni Salomonis & Christi esse, q. d. Vidistis & miramini Salomoni merces afferri ex Tharsis, vidistis accessisse Reginam Sabæ, vidistis Salomonem omnem terram accedere ad ejus audiendam sapientiam. Sed longe majora videbitis in Regno Christi. Ipsi Reges Tharsis dona ferent. Idem faciet non una tantum Sabæ Regina. Sed plures Reges Schebah & Sabæ, imo *omnes Reges ipsum adorabunt, omnes gentes ipsi fervient.*

§ 3. Tertium argumentum ex v. 17. seqq. desumimus. Et ne jam vel rursus æternitatem Regis memoremus, vel vocem יוֹן prolixius excutiamus, hoc tantum observari velim, Regem illum ut causam benedictionis gentium hic describi. וַיְתַבְּרוּ בּוֹ כָּל גּוֹיִם יִשְׂרָאֵל  
Novi equidem Judæos etiam hoc sensu tenuiore, & sic fere explicare, ut ceu exemplar benedictionis Salomo hic describatur, eodem modo quo Jacobus olim ad Ephraimum & Manassen dixit Gen. XLVIII. 20. *In te benedicet Israel dicendo ponet te Deus, sicut Ephraim & Manasse.*

*Manasse.* Sed (1) aliud est, quando phrasis quædam cum tali restrictione & limitatione ponitur, aliud, quando citra eam absolutè occurrit, ubi naturalem & maxime emphaticam significationem, donec contrarium probetur, obtinet. (2) Certe majore emphasi in promissione Abrahamo facta accipi, ad quam hic potissimum respicitur, vel ex Gen. XII, 3. patet, ubi promissionem benedictionis omnium gentium in Abrahamo præcedit *ואברך ומקלליך אאור* ut adeo gentes non sint benedictionis hæredes, nisi quando benedicunt Abramo. (3) Salomonis fama ad omnes gentes non pervenit. (4) Respicienda & antecedentia, in quibus hic Rex ut auctor justitiæ & pacis adeoque omnigenæ benedictionis describitur, & consequentia v. 18. 19. *Benedictus Jehovah Deus, Deus Israelis, faciens mirabilia solus, & benedictum nomen gloriæ ejus in seculum, & repleatur gloria ejus tota terra. Amen! Amen!* Sic ergo (a) in hoc Rege benedicentur omnes gentes, quia gloria Dei replebitur tota terra, adeoque omnes gentes ad Dei cognitionem adducentur. (b) Idem Rex est Deus Amen, in quo sibi tota terra benedicat Es. LXV, 16.

§. 4. Tandem nec ipsi Judæi Messiam ex hoc Psalmo audent excludere. *AbenEsra: Est Prophetia Davidis vel unius de cantoribus de Salomone vel Messia. Ipse Lipmannus in Niz-zachon. Psalmus dictus est super Salomonem Regem*

gem f. m. vel super Regem Messiam. R. Salomone  
nem qui in notis ad hunc Psalmum eum de  
Salomone exponit in notis tamen ad Num.  
XXIV, 17. & Zach. IX, 9. eum ad Messi-  
am referre notavit Müllerus in Jud. pag. 554.  
quamvis in loco Numerorum nihil ejus in-  
veniam, sed ad v. 18. ejus Capitis hujus  
Psalmi octavum versum ad Messiam re-  
ferat. (a)

§. 5.

(a) Neque hi solum sed & alii è gente recutita ma-  
gno numero de Messia in hoc hymno agi agnove-  
re, quod alios qui inter Christianos nomen suum  
profitentur, noluisse fateri, parum remotum est à  
turpitudine. Inter eos est Chaldaeus Paraphrastes,  
R. Obadiah in Comm. R. Elieser in פרקי אבות, Mi-  
drasch Tillim, R. Saadiah Gaon in Dan. VII, 14. R. Lu-  
sitanius in Colloquio Mittelb. apud Mull. in Jud. p.  
917. 891. 894. Menasse Benisrael L. III. de resurr.  
p. 257. & in Concil. Hispanico ad Mich. V. p. 177.  
Kimchius, quamquam scribat *Davidem Psalmum  
hunc de filio suo Salomone composuisse*, addit tamen;  
יש מפרשים על מלך המשיח esse, qui eum  
de Messia interpretantur. Comma 5. ad Messiam refer-  
tur in libro Siphre ad Deut. XXXIII, 7 Sicut & octa-  
vum in eodẽ ad Deut. XXXIII, 12. quod etiam fit ad  
eundem locum à Bahal Hatturim, & Jarchio ad Num.  
XXIV, 17. & R. Mose Hadarschan ad Gen. XLIX, 1.  
Ita inter nomina Messiae Rabbini recensent ינון ex  
comm. 27. Id fit in cod. Sanh. XI. fol. 98. quæ in  
excerptis Gemaricis Cocceji leguntur mihi p. 359.  
In Echa Rabbathi ad locum Thren. I, 16. p. 68. in  
Midrasch super proverbialia fol. 71. in Midrasch Til-  
lim & R. Jarchio in glossa ad h. l. Versum 19. pa-  
riter

§. 5. Ex illustri hoc Psalmo placet jam paulo exactius discutere comma sextum, quod Hebraice ita habet ירד כמטר על גן כרביבים ורזיק ארץ

§. 6. Marcus Meibomius, quem supra diximus, hunc versum nos ita legere jubet ירד לעם כמטר על גן כרביבים על הי ארץ Quæ ipse sic vertit: *descendet ad populum instar pluvie super hortum, ut parva & frequens pluvia supra macrum terræ.* In quæ verba dum porro commentatur, גן pro גן ex literarum similitudine scriptum putat, quomodo autem על רזי in ריזיק mutatu sit, nescire se fatetur. „Prius membrum sic exponit: Horto comparat Rempubli-  
cam. Sicut in pingui terra plantatum hortum ambiunt Regiæ arbores altitudine conspicuæ, cedri, platani, abietes &c. non fructibus utiles, sed ad tutamen minorum fructiferarum, si quando nimbus vel tempestas major subito ingruat, aut ventus nimis vehemens eas exerceat creatas, sic Reges, Principes, Nobiles ad defensionem populi in necessariis vitæ laboribus occupatos, esse necessarios. Uti arbores etiam in pinguis soli  
Clasf. III. Fasc. I. E „horto

riter Messæ applicat Midrasch Koheleth ac Eccl. I, 9. & Bechai ad Num XXIV. p. 125. & quamquam

רשי in Commentario ad hunc Psalmum in alia omnia abit, concedit tamen Judæorum Magistros de Christo explicuisse, & alibi quater, v. gr. Num. XXIV, 19. Mich. V, 1. Zach. IX, 9. ut & in פירוש הטלמוד, quæ vis veritatis est, id fatetur.

T. d. H.

„horto plantatæ nullos fructus ferrent, nisi  
 „pluvia defuper rigarentur, sic Magistratus  
 „in Republica summe esse necessarios. Re-  
 „fert autem Psalmi sententiam ad populi à  
 „Rege peragendam censuram. Censuram ve-  
 „rò populi actam fuisse non tam circa agri-  
 „culturam, quam potius circa instrumenta  
 „bellica eorumque peritiam: hanc censuram  
 „metuisse Israelitas, utpote in ea à Ducibus  
 „militaribus quandoque præter meritum ve-  
 „xatos, unde Regis inspectione opus fuerit,  
 „qui omnes in officio contineret. Postero-  
 „ris autem membri hanc vult esse sententi-  
 „am, sicut Deus duplicem terram creaverit,  
 „pinguem & macram, sic etiam duplicem  
 „voluisse esse pluviam magnam pro pingui,  
 „parvam & sæpius refocillantem pro macra.  
 „Sic plebem si majoribus divitiis recreen-  
 „tur ad voluptates conversam remissius tra-  
 „ctaturam imò deserturam esse, unde Regis  
 „illam futuram circa tenuiores cives curam,  
 „ut illis subinde succurrat, necessaria præ-  
 „bendo, instrumenta subministrando, ut vi-  
 „ctum sibi lucrari possent, sicuti Theophrasti  
 „testimonio parva & frequens pluvia terræ  
 „macræ sit necessaria. In quibus nos nota-  
 „mus (1) temere & citra ullam vel verosimi-  
 „litudinis speciem mutatum  $\text{גז}$  in  $\text{גז}$ , insertam  
 „vocem  $\text{לעם}$  &  $\text{זרוף}$  in  $\text{על רזי}$  mutatum.  
 „Quod & eò minus ferendum, quia (2) nulla  
 „pinguis terræ, cui macra opponatur præcedit  
 men-

mentio. (3) Quicquid de arboribus Regiis in  
 solamen minorum frugiferarum creatis splen-  
 dide nugatur, de eo nihil in textu. (4) Quæ  
 de censura bellica & populi in ea vexatione  
 habet, meræ sunt hariolationes. (5) Absur-  
 dissimum, omnem etiam terreni Regis erga  
 populum curam ad censuræ bellicæ mitiga-  
 tionem & leviora quædam munuscula restrin-  
 gere. (6) Nihil in his de Christo ejusque  
 donis, cum tamen de eo Vatem agere ex  
 præcedentibus clarescat. Adeo macra hic  
 omnia! Piguisset certè his immorari, nisi in-  
 de id commodi ad Lectores redundaturum  
 sperarem, ut speciminis loco hinc pateat, quo  
 insana illa tum textum sacrum pro arbitrio im-  
 mutandi, tum Christum & quicquid est terre-  
 nis sublimius ex Sacro Codice & Religione u-  
 niversa eliminandi libido homines abripiat.  
 Sed ad verborum Psaltis sanctiorem medita-  
 tionem propero.

§. 7. Ante omnia nexus cum præcedenti-  
 bus considerandus venit, qui si quid video hic  
 est. Versu primo petierat Psaltes: *Da judi-  
 cia tua Regi, & justitiam tuam Filio Regis, i. e.*  
*da illi potestatem illa judicia, quæ sunt judicia*  
*Dei, quæ nemo nisi Deus exercere potest ad-*  
*ministrandi, & justitiam, quæ est ex Deo, ad-*  
*ducendi. Eam petitionem ante omnia à qua-*  
*litate Regis & Regni confirmat v. 2--8. sicut*  
*v. 8--17. ab ejus extensione, & v. 17. seqq. à*  
*fructu, Dei nempe in Christo glorificatione.*

Prius membrum primò generalius proponi, v. 2. 3. tum ulterius illustrari videtur v. 4--8. sic quidem ut v. 4. 5. ad v. 2. v. 6. autem ad v. 3. illustrationem pertineant, sicque ratio reddatur, quare *montes ferant pacem populo in justitia*, & *colles ferant pacem populo in justitia* (sic enim hæc verba puto accipienda, ut ex utroque membro quod alteri deest subintelligatur, & repetatur) quia nempe ipse (Rex) *descendet ut pluvia super refectum* (campum) & *ut stillæ super incisiones terræ.*

§. 8. *Pluvia* igitur & *stillis* Rex comparatur. Est pluvia, uti notum, insigne Dei in terram beneficium, quo cum primis se non *ἀμαρτυροῦν* homini relinquit Act. XIV, 17. Conf. Psalm. LXV, 11. Unde hoc ceu peculiaris maledictio montibus Gilboa denuntiatur, illos nec pluvia nec rore deinceps irrigandos esse. 2. Sam. I, 21. Singularis ea in re terræ Canaan præ Ægypto prærogativa erat pluribus laudata Deut. XI, 10. 11. 12. Nota in ea terra gemina pluvia altera matutina, altera serotina dicta. V. inter alia Jer. V, 24. Ad utramque hic respici verborum propior consideratio reddet verosimile.

§. 9. Dicitur igitur descendere, ut pluvia super *radice* vellus, lanam, gramen notare à Lexicographis annotatur. Jam eundem observat Cel. Guffetius *gramen* vel herbam metaphorice ob similitudinem cum lana & vellere notare, porro vellus ea voce designari posse credit non tantum unde pili avul-

avulsi jam vel resecti, sed cui adhuc hæreant, vulsioni nempe destinati, & licet obrarioem hujus vocis usum exempla hujus significationis in sacris non extent, potuisse tamen illam etiam obtinere. Et sic putat in nostro loco וַיִּזְרַע herbam non resectam, cui pluvia noceat, sed adhuc adolescentem significare, cum herbæ resectæ reliquiis in terra adhuc hærentibus pluvia equidem proffit, sed illas hîc intelligi à velleris metaphora alienum sit. Jam equidem fateor, herbæ resectæ pluviam non prodesse, & ad illud quod in campis vel pratis adolescit, omnino hîc respiciendum esse: non tamen video, quominus וַיִּזְרַע non quidem herbam resectam, sed campum tamen vel pratium unde gramen resectum, notare possit, atque adeò וַיִּזְרַע non simpliciter herbam vel gramen adolescens, sed pratium instar velleris detonsum denotet, si æque hîc ad gramen post resectionem adolescens, sive ut Amos. VII, 1. vocatur לְקַשׁ אַחַר גִּזְיֵי הַמֶּלֶךְ respiciatur. Neque enim negligenda emphasis, quam ex etymologia hæc vox hoc loco habere videtur, neque frustra וַיִּזְרַע potius, quam עָשָׂב vel simile quid nominasse Spiritus Sanctus censendus est. (a) Jam eum וַיִּזְרַע loco Amosi (sive

E 3

jam

(a) Præcipuam tamen ejus rei causam, esse putem, quod hic aperta allusio fiat ad historiam illam Gideonis, quæ describitur Jud. VI, 37. sqq. ubi occurrit femininum וַיִּזְרַע vellus. Unde velleris quoque significatio

jam illud *אחר גוי המלך* cum plerisque post  
*scenifecia Regis*, sive cum Guffetio post *scena Re-*  
*gis*, scilicet ex agris avecta reddere velis)  
 cum *לקט* unde *מלקוש* pluvia serotina con-  
 jungatur, dari nobis postulamus *גוי מטרעל*  
 pluviam serotinam notare, pratum resectum  
 vel gramen in eodem post resectionem de-  
 nuo adolescens reficientem.

§. 10. Additur *זרויק ארץ*. Vox  
*זרויק* in sacris *ἀπαξ λεγομένη* est, atque adeo  
 in ejus significatione determinanda hærent In-  
 terpretes. R. Salomoh ex tractatu Jomah  
 vertit guttas: AbenEsra irrigationem & po-  
 tationem. Quid vero obstat quo minus cum  
 Kimchio ad Radicem *זרף* quæ incidere vel  
 scindere Rabbinis significat reducamus, ut  
*guttas super* (repetita ex præcedentibus parti-  
 cula *על*) *incisionis terræ*, non tamen eo  
 sensu ut *זרויק ארץ* synonymum *גוי* statuatur,  
 quæ Kimchii est sententia, verum ut incisio-  
 nes terræ terram notent recens scissam vel  
 aratam. Certe quominus Raschii explicatio-  
 nem de guttis admittamus, obstat, quod nul-  
 lam in ea videamus elegantiam, si *זרויק* sim-  
 pliciter ut synonymum *רביבים* statuatur, at-  
 que adeo hæc inde versio resultet, ut *guttas,*  
*gutta*

ficatio percommode in versione potuisset retineri,  
 quemadmodum id à B. Luthero, Ainsvortho, *τὰς*  
 IXX. Vulgatam, Augustinum, Chrysofomum, Bern-  
 hardum & Lyranum secutis, factum quoque est.  
 T. d. H.

*gutta super terram.* Saltem רביבים videretur in statu constructo ponendum fuisse. Ut jam taceam, quod ex accentuatione constare videatur, זריף arctius cum ארץ quam רביבים cohærere. Jam cum præcedentia ad pluviam serotinam respicere verosimile sit, hæc verba ad pluviam matutinam, aliàs יורה dictam non inepte quis retulerit. Quò facere posset, quod & aliàs רביבים à מלקוש distinguantur, loco in eam rem notabili Jer. III, 3. & in ea contradistinctione, agnoscente etiam in h. l. Altingio רביבים pluviam matutinam denotent, cujus & ea fuisse natura dicitur, ut commode per רביבים designari potuerit. Huc facit locus Taanith cap. I. fol. 6. יורה est pluvia mensis Octobris descendens lente, non turbulenter, sensim erudiens terram ad acceptum semen producendum, sicut homo imbuit discipulum suum, doctrinam ipsi instillando. Ut adeo a pluvia, & serotina, gramen in prato detonso, & matutina, semen in terra recens arata reficiente comparatio desumpta videatur.

§. 11. Sed satis diu circa corticem verborum versati sumus. Pergendum tandem ad nucleum. Pluviæ descendenti & irriganti quid hîc comparetur, indagandum. Impersonalem locutionem esse statuit Cel. Coccejus: *descendet aliquid sicuti pluvia* ad operationem Spiritus Sancti referens. Nos tamen nihil causæ videmus, quominus Christum Regem pluviis comparari dicamus, ad quem & antecedentia omnia pertinent, & cujus ad-

ventus aliâs quoque imbri & pluviae ferotinae comparatur. Hof. VI, 3. <sup>12</sup> campus refectus, qui fere aridus esse solet pulcherrimum est emblema, primo quidem status hominis naturalis in se & citra hanc pluviam plane infrugiferi, unde & rubo comparatur, unde uva nullae legantur, Matth. VII. 16. Sed & est homo irae & maledictioni divinae obnoxius, cujus sic omnem gaudii humorem absorbit, atque aestu aestatis fieri solet Psalm. XXXII, 4. Ubi homo salutari hujus miseriae sensu afficitur, sitit Deum, sicuti arida pluviam Psalm. CXLIII, 6. Præterea sitiebant fideles V. T. manifestationem & consummationem Mediatoris, liberationem à jugo ceremoniarum, effusionem Spiritus adoptionis, unde & terrae sitiendi & aridae comparantur.

§. 12. In aridam hanc terram Christus ut pluvia matutina & ferotina descendit: dum (1) illa bona impetravit, quae pluviae possunt comparari, redemptionem & remissionem peccatorum, cujus sensus hominem præ irae divinae aestu viribus omnibus exhaustum reficit; justitiam consummatam, quam fides apprehendit, quam ceu donum coeleste caelum & nubes stillare dicuntur, & Deus illam depluere Esa. XLV, 8. Hof. X, 12. gratiam Dei, de qua cum primis verum, quod de gratia aliâs Regum affirmat Salomoh, esse eam sicut pluviam vespertinam Prov. XVI, 15. & sicut rorem super herbam Prov. XIX, 12. Spiri-

Spiritum Sanctum ad incrementum fidelium  
 Esa. XLIV, 2. 3. 4. ut sic pii secundum id quod  
 in verbis Psalmi mox additur, floreat & fru-  
 ctus ferant vs. 7. coll. Psalm. XCII, 13. fin.  
 Hof. XIV, 6. 7. sed & ad ipsorum solatium &  
 abundans pro ratione N. T. gaudium Joh.  
 VII, 37. 38. 39.

§. 13. Eadem bona (2) plenissime manife-  
 stare, eorumque instantem uberiolem col-  
 lationem promittere debuit. Sic & hac ra-  
 tione pluviæ recreanti & irriganti terram ari-  
 dam similem eum esse oportuit. Sic gratia  
 effusa super ejus labiis. Psalm. XLV, 3. Vide  
 & Esa. LXI, 1. 2. 3. Sic certè meliori jure  
 de sermonibus hujus Regis dici potest, quod  
 de suo Cantico, in quo huic Regi etiam testi-  
 monium perhibet, Moses, stillare verba sua  
 ut pluviam & ut rorem, ut pluviam super  
 gramen, ut guttas super herbam. Deut.  
 XXXII, 1. 2.

§. 14. Sed & (3) eadem bona hic Rex  
 conferre debuit, ut ea fideles non nisi in ipso  
 & cum ipso vera fide uniti obtinerent, inpri-  
 mis autem in administratione Regni sui simi-  
 lis pluviæ futurus, ut sic montes populo pa-  
 cem & colles populo pacem in justitia pro-  
 ferrent.

§. 15. Quæ de Messia vates prædicit, illa  
 in Jesu nostro impleta sunt. Certe gratiam  
 Dei, justitiam, Spiritum Sanctum obedi-  
 tia sua & passione impetravit. Sed & hæc

dona manifestavit, seque ea collaturum promisit, applicato quoque ad se loco Esa. LXI, 1. 2. idque tanta cum gratia, ut mirarentur omnes super sermonibus gratiæ ex ore ejus egredientibus. Luc. IV, 22. Ad se κοπιῶντας καὶ πεφορτισμένους, vocabat, illis ἀνάπαυσιν pollicitus. Matth. XI, 28. Tota ejus doctrina ad solatium peccatoris tendit. Sed & se hæc bona conferre ostendit, dum varios Spiritus fructus etiam in Gentilibus arido deserto sterilioribus produxit Gal. V, 22. dumque eos, qui in ipsum crediderunt, consolatione & gaudio etiam in gravissimis afflictionibus & persecutionibus replevit. Vide 2. Cor. VIII, 1. 2. VI, 9. 10. Conf. Act. II, 46. 47.

§. 16. Cavendum modò, ne dum Christus sic apparuit, ut *propter splendorem post pluviam* (ubi quidem per *pluviam* varia Dei in populum Israeliticum sub V. T. judicia, per *splendorem* postea exortum Christi adventum, vel etiam ex Cant. II, 11. 12. 13. per *pluviam* primum veris N. T. initium, per *splendorem* progredientem novi temporis serenitatem designari posse putem) *gramen è terra germinaverit*, similes nos simus *filiis Belial*, sicut *spina*, quales etiam ex domo Davidis tum extituri dicuntur. 2. Sam. XXIII, 4. 6. 7. vel terræ maledictæ, quæ etiam post *pluviam* nonnisi carduos profert. Hebr. VI, 8. coll. Ezech. XXII, 24. ne Deus posthac *pluviam verbi & gratiæ* cohibeat. Esa. V, 6. ejusque loco im-  
brem

brems iræ depluat Psalm. XI, 6. Quem in finem requiritur fames & sitis justitiæ & gratiæ Christi, quæ tum ex agnitione propriæ miseriæ, tum ex cognitione sufficientiæ Christi oritur. V. Joh. IV, 10. Danda proin opera, ne fontem aquæ vivæ deserentes aquas nobis lacustres effodiamus Jer. II, 13. sed Christo ut palmites viti adhærentes ex ejus plenitudine gratiam pro gratia hauriamus. Porro & fructus ferendi Spiritus, si gratiæ uberioris participes esse velimus. Hof. X, 12. Eò magis autem nos Christo gratos & fructibus fœcundos exhibere convenit, quo major est ejus gratiæ sub N. T. mensura.



IV.

Anonymi (a) ad Amicum de vita,  
morte ac scriptis Cl. Viri  
**PETRI POIRETI,**  
non ita pridem defuncti,  
**EPISTOLA.**

**M**irarer equidem, Amice Integerri-  
me, à Viris Clarissimis plurimum-  
que Reverendis, Bibliothecæ The-  
ologicae, quæ in urbe Patria edi-  
tur, Collectoribus, desiderari Com-  
mentariolum de Vita & Obitu itemque de  
Scri-

(a) Facile hæc lecturo patebit hanc epistolam profæ-

Scriptis B. Petri POIRETI, Philosophi & Theologi dum viveret, per insignis, operi illi inferendum; nisi dudum constaret doctrinam Viri Celeberrimi pietatemque non vulgarem moderatiores omnes, tum inter Reformatos nostros, tum inter eos, qui ab iis dissident, solis fortè Socinianis & Pelagianis, quorum errores exitiales Scriptis suis passim à fundamentis profligavit, exceptis, maximi semper fecisse; quamvis non ignaros, in operibus ejus nonnulla reperiri quæ cum receptis quibusdam sententiis non undequaque conspirent, præsertim cum ista eò tantum spectare voluerit pius Auctor, ut DEUM nostrum verè Optimum, verè Liberrimum, verè Potentissimum, verè Sibi & omnibus Sufficientissimum, verè

Etam esse a Viro, cui magnus amicitiae usus cum Poireto, dum superabat, intercessit. Nos illam, ita ut accepimus, integram, neque mutatam heic loci exhibemus. Cum autem nostrum nunc quidem, non sit, *κρείται* Viri *δοξας*, quas *παροδοξοταί* quidam credidere, subjicere examini, ita, si cui largiores, ac par erat, in eum laudes esse congestas videbitur, is vero meminerit hanc epistolam non a nobis conscriptam esse; Ceterum, quæ propria ejus fuerint dogmata, quæ peculiaris vivendi ratio, quæque illi lites cum scriptoribus Actorum Eruditorum Lipsiensibus, P. Juræo, Ministerio Hamburgensi, Joh. Clerico, Abrahamo Pungelero, Aug. Pfeiffero, atque aliis intercesserunt, merentur plenius atque uberius literis consignari. Nobis, dum necessariæ ad eam rem memoriæ adhuc defunt, ad aliud fortassis tempus hæc relegabimus. T. d. H.

verè Justissimum solidè demonstraret commendaretque. Quæ omnia dum attentius apud animum meum considero, facilè adducor ut existimem nefas fore, si officio tum veritatis, tum pietatis, imò & proborum omnium votis, rogatus deessem. Ne tamen in modestiam humilitatemque Viri Religiosissimi, qui virtutibus istis, quibus præcipuè Christiani nominis partes continentur, nihil charius, dum in terris ageret, habuit, post fata illius peccarem; nève monumentum postumæ laudationis memoriæ ejus erigere velle viderer, quem sua virtus & eruditio tot Scriptis luculentis probatissima ab oblivione facilè vindicabunt; satius credidi de hoc ipso argumento Viri Defuncti propria verba referre, quibus in literis familiaribus ad Amicum & popularem suum, Virum plurimum Reverendum Dn. Ancillon, apud Berolinenses Verbi Divini Ministrum &c. ante duos hosce annos linguâ vernaculâ scriptis, summa vitæ & rerum suarum capita quædam ipse delibavit, quàm ejusdem vitæ narrationem meo ex ingenio adornandam suscipere. Videtis ergo Schediolum Defuncti, quale ex literis ipsius d. 4. Decemb. 1717. datis excerptum nobis planè ex voto succurrit, Latinè à nobis conversum, pauculis ad nonnullorum illustrationem infertis, quæ verò uncinulis inclusa à cæteris distinximus.

„Quandoquidem pro tuo in me studio in  
ea

„ea persistis sententia, ut mei mentionem a-  
 „liquam facere velis & in specialiora nonnul-  
 „la quæ me vitæque meæ rationem & or-  
 „dinem spectant, inquirere, vellem utique ut  
 „ea in re satisfacere tibi possem: at verò cum  
 „nihil quicquam in me inveniam quod sciri  
 „mereatur, enixè iterum rogo, ut per te mihi  
 „liceat ab iis recensendis abstinere; aut fal-  
 „tem ut paucis quæ hic commemoraturus  
 „sum, satisfieri tibi permittas, siquidem quæ-  
 „dam ut commemorem omnino velis.

„ Latere te non potest, facultates subsidia-  
 „que, necessaria iis qui studia commodè &  
 „pro votis persequi, Eruditorum Virorum in-  
 „stitutione & documentis proficere, regiones  
 „exteras adire & celebriores frequentare Aca-  
 „demias, se suæque in aspectum lucemque  
 „publicam protrahere amant, magna mihi ex  
 „parte defuisse; quo factum est ut multis, qui-  
 „bus res studiæque mea juvari provehique po-  
 „tuissent, carendum mihi fuerit. Decimum  
 „tertium annum (a) agens [sub initium anni  
 „1659.] Latinæ linguæ liberaliumque studio-  
 „rum rudimentis admovebar in Scholis Me-  
 „tensium patriis; quæ studia postmodum Bu-  
 „xovillæ prope Argentoratum profectus sum,  
 „[à

(a) Natus enim erat a. 1646. die 15. Aprilis, patre &  
 matre non illustribus quidem; sed honestis, sed piis, sed  
 Orthodoxia tenacissimis: verba sunt R.R.D.D. Pasto-  
 rum Seniorumque Ecclesiæ Metensis in iiteris commen-  
 datitiis, quibus discedentem è patria honorarunt.

„[à Generosiss. Præfecto primario Superioris  
 „Comitatus Hanoviensis Dni. de Kirchem, fi-  
 „liorum in Gallica lingua instruendorum cau-  
 „sa, circa finem anni 1661. eodem arcessitus];  
 „donec inde [1664.] Basileam pertendi; ubi  
 „Domini Parentis tui [Ministorum Metensi-  
 „um Decani] commendatione commodè ad-  
 „jutus in Collegio Erasimiano receptus fui.  
 „Hic dum per tres annos & quod excurrit  
 „commorarer, adversa ferè semper valetudi-  
 „ne, aut certe debilitate corporis jugique lan-  
 „guore detinebar, ita ut ex Lectionibus Publi-  
 „cis, primùm Philosophicis, deinde Theolo-  
 „gicis, parum admodum proficere mihi licue-  
 „rit: sed hac ipsa ratione occasionem nancif-  
 „cebar in museolo meo studiis privatim in-  
 „cumbendi, & majori cum libertate, & me-  
 „opte ingenio arbitrioque, nullam mihi alio-  
 „rum hominum sententias opinionésque am-  
 „plectendi necessitatem imponens. Incidi  
 „tum forte fortuna in Philosophiam  
 „Cartesii, istis in regionibus eo tempore ferè  
 „incognitam, qua quidem (a) mirum in mo-  
 „dum protinus capiebar delectabarque: in  
 „Theologia verò Salmuriensium Doctorum  
 „ac Piscatoris placita mihi præ cæteris, quæ  
 „maximè celebrantur, placebant. Semel at-  
 „que iterum exercitii gratia concione sacra  
 de-

(a) *Quid de eadem postea senserit, in Cogitatem Rationa-  
 libus 2da & 3a Editionis passim, & imprimis in Libris  
 de Eruditione exposuit.*

„defunctus [mense Augusto 1667.] paucis an-  
 „te diebus quàm pestis in illam urbem inva-  
 „deret, Basilea discessi, iturus Hanoviam, ubi  
 „per semestre spatium substiti, [studia mea ex-  
 „ercitiaque sacra utcunque, quantum per vale-  
 „tudinem licuit, urgens]. Hinc [subsequenti  
 „anno mense Aprili] Heidelbergam veni, quo  
 „& in loco cœpi publicè pro concione ver-  
 „ba facere, Reverendo Dno. Cregut Seniori,  
 „cujus hospitio utebar, vicariam operam ac-  
 „commodans. Idem muneris in aliis quibus-  
 „dam locis Palatinatûs subinde (a) obii,  
 „[Manhemii præsertim, ubi & anno 1670. post  
 „acceptam rite à Viro Summo Joh. Ludovi-  
 „co Fabricio, Præceptore meo, manuum im-  
 „positionem Pastoris in cœtu Gallico Ordini-  
 „narii Dni. Braglet, vices ad tempus supplevi,]  
 „antequam Ecclesiæ certæ cura mihi deman-  
 „daretur. Ea verò mihi obtigit [anno 1672]  
 „Annævillæ in Palatinatu Bipontino, ubi per  
 „quadriennium Officio Pastoralis præfui, Li-  
 „brumque *Cogitationum Rationalium de Deo, ani-  
 „ma & malo*, [quem ante aliquot annos lingua  
 „vernacula in gratiam Amici utcunque deli-  
 „neaveram, anno 1675. de integro Latinè sed  
 „planè novum] composui, [prout anno præ-  
 „cedente dysenteriâ letaliter decumbens me  
 „facturum decreveram, si Deo favente con-

„Va-

(a) Vide, si placet, Epistolam Dedicatorem Cogitatio-  
 nibus Rationalibus Edit. secundæ præmissam ad Sereniss-  
 simum Electorem Palatinum Carolum.

„valescerem.] Belli verò eas regiones misere  
 „rè vastantis calamitate adactus [anno 1676.]  
 „in Bataviam (a) profectus sum, unde Ham-  
 „burgum delatus, in Virginis Antoniaë Buri-  
 „gnoniaë veni notitiam: Indéque per Frisiam  
 „redii Amstelodamum: Amstelodamo verò  
 „tandem Rhenoburgum (b) secessi: Et hic loci  
 „jam per triginta circiter ago annos, futurum  
 „sperans, paucos, qui mihi supersunt dies, in-  
 „bi ut absolvam. Per hæc tempora, puta-  
 „dum Amstelodami è Germania redux, &  
 „deinde hîc, Rhenoburgi degerem, Scriptis  
 „plerisque tum componendis, tum prælo pa-  
 „randis edendisque operam dedi, quæ in Ca-  
 „talogo *Cogitationum Rationalium* Editioni ter-  
 „tiæ anni 1715. ut & Libro *de Natura Idearum*,  
 „subjecto recensentur.

Hactenus Schediolum Defuncti, ubi  
 quæ de brevi finiendo Rhenoburgi vitæ cur-  
 riculo insinuat, non vanum fuisse omen Ve-  
 nerandi Senis, jam tum valetudinem decli-  
 nare sentientis, ac hæmorrhoidum interna-  
 rum doloribus ferè continuis, aliisque malum  
 hoc stipantibus incommodis, nunc leviùs nunc  
 graviùs per ultimos tres annos & amplius  
 afflicti, comprobavit. Nam versus initium

Class. III. Fasc. I.

F

Maji

(a) De his & sequentibus consule, si lubet, Irenicum Uni-  
 versale Sectione V, §. VII. & VIII.

(b) Est ille pagus non procul Lugduno in Batavis di-  
 stans, de quo confer Cl. Benthemii *Ecclesiarum &  
 Scholarum in Belgio statum* T. II. p. 490.

Maji anni labentis 1719. rheumate impeti  
 cœpit, cui paucos post dies febris catarrhalis  
 accessit; quâ circa medium ejusdem mensis  
 in ardentem continuam degenerante, fluxio-  
 ne thoracis pertinacissimâ, dum incommoda  
 ordinaria cessabant, comitatam, die 21. Maji,  
 quadrante circiter post horam septimam ma-  
 tutinam, anno ætatis supra septuagesimum ter-  
 tio, hebdomadibus quinis amplius, exacto,  
 inter amicorum lacrymas & vota, plenus Fi-  
 dei, Spei & Amoris, cœlo jam maturus pla-  
 cidè exspiravit; postquam in ipso agone,  
 medios inter æstuosissimos ardores febriles,  
 pectorisque suppressi angores gravissimos, spi-  
 ritus semper vegetus, nec sensibus collapsis,  
 amabilissimæ Dei & Salvatoris CHRISTI,  
 quem *Omnia in omnibus, omnia in se, omnia in*  
*Amicis astantibus* identidem moribundus prædi-  
 cabat vovebatque, Voluntati se iterum iterum-  
 que verbis ignitissimis pronus ac lubens ple-  
 nissima resignatione commiserat.

*Beati qui in Domino moriuntur!* Apoc. 14.  
 vers. 13.

*Utinam ipse eadem morte moriar, quâ probi; sit-  
 que meus idem qui eorum exitus!* Num.  
 23. vs. 10. interprete Castalione.

*Catalogus Librorum, cujus in Literis  
 ad Amicum meminerat noster, qui-  
 que omnes, excepto uno vel altero,  
 typis*

typis Westenianis excusi prostant,  
sic se habet.

## LIBRI AUCTORIS.

*Cogitationum Rationalium de Deo, Anima & malo*  
Libri IV. in 4to.

-- *Exdem*, in quibus, quid de hisce Cartesius  
ejusque sequaces boni aut secus senserint,  
omnisque Philosophiæ certiora fundamen-  
ta, atque inprimis tota Metaphysica ve-  
rior, continentur, nec non B. de Spinoza  
Atheismus, & exitiales, errores funditus  
extirpantur. *Auctiores* Discursu de Fide &  
Ratione: Notis perpetuis: Responsonibus  
ad Objectiones: Confutatione Spinozæ  
1615.

-- [ *Editio Tertia recognita, & aucta* Dissertatio-  
ne de duplici discendi *methodo*, deque simu-  
lato P. Balii contra Spinozæ *Atheismum* certa-  
mine 1715. ]

L' *Oeconomie Divine* en VII. *Volumes*, & en VI.  
*Livres* en 8vo 1687. qui sont.

I. De la Creation & de ses ouvrages.

II. Du peché ou de l'origine du mal.

III. Du Retablissement de l'homme avant  
l'Incarnation de J. C.

IV. Du même après l'Incarnation jusqu'à  
la consummation de tout.

V. De l'Operation de Dieu & de la Cooperation de l'homme.

-- *Capita hujus Vol. V. VI. VII. de anima Purificatione, etiam Germanicè 1711.*

VI. De la Providence.

-- *Eadem Latine, duobus Voll. in 4to. 1675.*

-- *Et Anglicè 4. Voll. in 8vo 1713. adjunctis Responsiff. ad J. Clericum ejusque Parrhasiana*

*[Item Belgicè D. V. propediem edenda.]*

*La Paix des bonnes ames dans tous les parties du Christianisme sur les matieres de religion, & particulièrement sur l'Eucharistie. Ou l'on respond aussi a un article de l'onzième des lettres Pastorales, oppose aux avis Charitables publies depuis peu, & que l'on a joints ici, avec quelques autres pieces, qui concernent ce sujet. Contre Mr. Jurieu in 8vo 1687.*

-- *Eadem Germanicè 1702. [iterumque 1714.] in 8vo & Latine Irenicum Universale infra.*

*De l'Education Chretienne des Enfans &c.*

*Opus saepius recusum. Opt. Edit. 1706.*

-- *Idem Latine in 8vo 1694. & in 4to auctius infra. Idem saepius Germanicè, Belgicè, Anglicè. [Auctior Editio Germanica Francof. 1712. Belgica Amstel. 1719.]*

*De Eruditione solida, superficiali & falsa Libreres, in quibus ostensa veritatum solidarum via & origine, cognitionum, scientiarumque humanarum, & in specie Cartesianismi fundamenta, valor, defectus, & errores*

rores deteguntur. Præmittitur tractatus de vera methodo inveniendi, veram confutationem fundamentorum libri Belgici de mundo fascino, in fine obiter exhibens. Subjiciuntur nonnulla apologetica. in 8vo 1692.

-- *Iidem auctiores, duobus Voluminibus in 4to 1707. In iis autem continentur,*

- I. Vol. (1) Vera Methodus inveniendi verum.  
 (2) Ipsi libri tres de Eruditione solida, superficiali & falsa.  
 (3) Defensio eorundem contra G. G. Titium Lipsiensem. (a)
- II. Vol. (1) de Educatione Liberorum ejusque Defensio contra *Hamburgenses Theol. & Pfeifferum.*  
 (2) *Irenicum universale recognitum & emendatum.*  
 (3) *Theologiæ Mysticæ Idea & de Auctoribus Mysticis.*  
 (4) *Epistola ad J. Clericum Apologetica.*  
 (5) & contra ejusdem *Parrhasiana & Pelagianismum.*

*De l'Importance de la Presence de Dieu. 1710. infra sub Theologie de la Presence de Dieu.*

F 3

[Edi-

(a) *Editionem Francofurtensem & Lipsiensem anni 1708. in 8vo. que primum Volumen tertia hac parte Antititiana pernecessaria truncavit, totumque secundum Volumen abiecit, pro sua non agnoscit Auctor.*

[ Editio nova, quartâ vel tertiâ parte auctior, ab Au-  
ctore dudum præparata, suo tempore V. D. edenda. ]  
**Bibliotheca Mysticorum selecta**, præfixa Theolo-  
gia pacifica sive comparativa Clariss. J.  
Gården, in 8vo 1708.

**Vera & Cognita omnium prima**, sive de naturâ  
Idearum ex origine sua repetitâ, assertâ & adver-  
sus Cl. Abr. Pungelerum defensâ, dissertatio Theo-  
logico-Philosophica, in 8vo 1715.

**LIBRI ALIORUM AB EODEM EDITI,  
AUT INTERPRETATI, ET PRÆFA-  
TIONIBUS, NOTIS VEL ACCESSIO-  
NIBUS &c. AUCTI.**

**Kempis Commun ou les IV. Livres de l' Imitation de  
J. C. pour l' usage des Protestans** in 12. 1683.  
retouche 1701. & 1710.

-- **Idem Belgicè U ltrajecti** 1687. **Germanicè Tubing.**  
1714. & correctior 1717.

**Toutes les Oeuvres de Mlle A. BOURIGNON** en XIX.  
Voll. in 8vo avec une Preface Apologetique;  
& sa Vie Continuée par P. P.

**Pleraque exstant Germanicè, Belgicè, Anglicè; non-  
nulla & Latinè.**

**La Theologie du Coeur** en 2. Voll. in 12. 1690. &  
postea 1697. auctior, contenant.

**I. Vol.** (1) le Berger illuminé. (2) de la Per-  
fection Chrétienne. (3) la Ruine de l'  
Amour propre.

**II. Vol.** (4) la Vie interieure. (5) l'Amour  
aspiratif. (6) Abregé de la Theologie  
Mystique &c.

*Eadem*

— *Eadem Germanicè.* 1702.

*La Theologie de l'Amour, ou, la Vie & les Oeuvres de Ste. Caterine de Genes, in 12. 1691.*

— *Eadem Germanicè* 1701.

*La Theologie de la Croix de J. C. ou Vie & Oeuvres de Ste. Angele de Foligny, avec les Exercices sur la Passion, par Blofius, en 12. 1696.*

*La Theologie Réelle ou Germanique en 12. 1700. contenant*

1. Preface & Apologie de la Theologie Mystique de P.P. contre Mr. Jurieu.
2. La Theologie Germanique.
3. Traite du Retablissement final de l'homme.
4. Lettre sur la Regeneration.
5. Maximes Spirituelles.
6. Lettre sur les Auteurs Mystiques de P.P.

*La Theologie de la presence de Dieu, en 12. 1710. contenant*

1. La Vie & les Oeuvres du F. Laurent de la Resurrection.
2. Traité de l'Importance de la Presence de Dieu par PP. *vid. supra.*

*Verterunt & ediderunt Germanicè, sed mendose. 1714.*

*Le Chretien réel, en II. Voll. in 12. 1701.*

I. Vol. la Vie du Marquis de Renty, avec une Preface de P.P.

II. Vol. la Vie de la Ven. Mere Elisabet de

l'Enfant Jesus. Exclamations sur la  
Vie de la Grace.

*Le Saint Refuge, ou la Vie & la mort édifiante de  
Wernerus \* en 12. 1701*

*Le Catechisme Spirituel pour la Vie Interieure, par  
Mr. Olier. en 12. 1703.*

*L'Ecole du pur Amour de Dieu dans la Vie mer-  
veilleuse d'Armelle Nicolas &c. avec une  
Preface de P. P. en 12. 1704.*

*— Eadem Germanicè in 8vo 1708. [iterumque re-  
cognita. 1719.]*

*Opuscules Spirituels de Madame Guion, en 12.  
1704.*

*I. Vol. (1) Preface Generale de P. P. (2)  
Moien Court. (3) Les Torrens Spiritu-  
els. (4) Explication du Cantique de  
Salomon.*

*II. Volum. 1712. (1) Apologie pour le Moien  
Court. (2) Les Torrens augmentés  
d'une 2de partie. (3) Traité de la Pu-  
rification de l'ame après la mort. (4)  
La voie & la réunion de l'ame à Dieu.  
(5) de l'Enfance de Jesus. (6) Instru-  
ction pour la Perfection Chrétienne  
du P. la Combe. (7) Maximes Spirituel-  
les du même.*

*Quedam horum exstant Belgicè, Germanicè,  
Anglicè [ & Latinè.]*

*Pratique de la vraie Theologie Mystique en 8vo  
1709. contenant (1) Une Introduction. (2)  
Abregé de la Pratique facile de F. Malaval.*

*(3) de*

(3) de Mr. de Bernieres sur l'Oraison. (4) du Chateau de l'ame de Ste. Terese. (5) de la Ste. Communion, & (6) des Croix interieures & exterieures de Mr. de Bernieres. Et (7) Maximes & avis sur la Vie spirituelle du même &c.

*Fides & ratio Collata contra principia J. Lockii, in 8vo 1707.*

Contenta (1) Præfatio P. P. (2) ipse Liber. (3) de fide nuda sive implicita. (4) de Scripturæ S. certitudine (5) de Perfectio-  
ne & Felicitate.

*Exstat & Belgicè 1710. & Anglicè 1713. Tra-  
ctatuli tertius & quintus etiam Germanicè  
1704. [ & auctiores 1708 ]*

*Virtutum Christianarum Insinuatio facilis & quibus-  
vis accommodata in 8vo 1705. & in 12. 1711.  
correctior & auctior.*

*Sacra Orationis Theologia in 12. 1711.*

Contenta 1. Orationis mentalis Analysis per  
P. la Combe.

2. Gerlaci Petri Soliloquia divina,  
cum ejusdem vita.

3. Blaquernæ Eremitæ aphorismi  
365. de Amico & Amato.

His posterioribus post editum hunc *Catalogum*  
accesserunt.

*Le Saint Solitaire des Indes, ou la Vie de Gregoire  
Lopez de la Traduction de Mr. Arnaud d'  
Andilli, avec une Preface de P. P. 1717.*

Item Ejusdem Nobilissimæ & Piissimæ Matro-

næ Guionæ, cujus Opuscula supra memorantur, hucusque in 8vo edita Opera, miris Divinæ Providentiæ viis in hæc oras delata (qua de re videsis Præfationem Commentariis in Novum Testamentum præmissam,) puta.

*L'Ancien Testament avec des Explications & Reflexions, qui regardent la Vie Interieure, en XII. Tomes in 8vo.*

*Le Nouveau Testament avec des Explications & Reflexions qui regardent la Vie Interieure en VIII. Tomes, in 8vo.*

*Discours chretiens & spirituels sur divers sujets qui regardent la Vie Interieure, tirés la plus part de la Ste. Ecriture, en II. Tomes in 8vo.*

*Lettres chretiennes & spirituelles sur divers sujets qui regardent la vie interieure ou l'esprit du vrai Christianisme, IV. Tomes in 8vo.*

*L'Ame amante de son Dieu, représentée dans les Emblemes de Hermannus Hugo sur ses Pieux Desirs, & dans ceux d'Othon Vanius sur l'Amour Divin; avec des figures nouvelles, accompagnées de Vers qui en font l'application aux dispositions les plus essentielles de la Vie interieure, en 8vo.*

*Sa Vie écrite par elle-meme III. Parties & III. Tomes in 8vo.*

Cujus ultimi Operis Vitæ inquam, Præfationem paucis antè diebus quàm in ultimum decretoriumque morbum incideret, conscriptam, secundis curis ad examen revocaturus erat

erat, si fata sivissent; itemque absoluturus  
præparationem partim jam inchoatam edi-  
tionemque eorum, quæ restant, videlicet

*Les Opuscules Spirituels*, contenant le Moien  
court & tres facile de faire Oraison, les  
Torrens retouchés par l'Auteur &c. *Nou-  
velle Edition in 8vo. quæ jam sub prælo sudaret.*

*Justifications du Moien Court* & de l'Explication  
du Cantique des Cantiques, adressées aux  
Eveques ses Examineurs.

*Poësies & Cantiques Spirituels.*

De Librorum horum omnium contentis  
peculiarique charactere non opus est quic-  
quam specialiùs subjicere; id enim longioris  
esset operis: præterquam quod soli tituli, re-  
rum tractatarum indices, ideam aliquam ea-  
rum utcunque adumbrent. Lectores solida  
& sana rerum principia dignoscere apti nati,  
nec ac divina prorsus stupidi emortuique, vi-  
debunt facilè & sentient Auctorem in Episto-  
la Dedicatoria ad Serenissimum Electorem Pa-  
latinum Carolum, supra laudatâ, verissimè  
quondam dixisse: si quid in scientiis mundi  
præcipuis exstet, vel exstare possit, quod soli-  
da & æterna sapiat, quod Lectores suos eva-  
nescere non permittat, quod ad animi æqui-  
tatem, probitatem, felicitatem disponat, quod  
impietatis radicalia, ut ita loquar, fundamen-  
ta avellat, id se conatum esse ut è fundamen-  
to, solidè, Mathematica certitudine erutum,  
demonstratum exhiberet. Addo, si quid vel  
anti-

antiquitas tum sacra tum profana, vel inferiora secula, vel nostra etiam parentumque nostrorum memoria tulerint, quod ad pietatem solidam & fructuosam, ad Reverentiam Cultumque & Amorem intimum purissimumque erga Majestatem DEI Optimi Maximi magnificentissimam & JESUM CHRISTUM Filium ejus unigenitum & æternum, & ad ineffabilia quæ eò spectant Mysteria Magnaliaque salutariter consideranda & degustanda, animos à DEO tactos accendere & provehere possit, eorum omnium, (dicto absit invidia) summam quandam & compendium cauto judicio exhibitum selectumque, fundamentaque & principia tutissima, pericula undecunque & à dextris & à sinistris imminencia, Spiritus Sancti imprimis gratia favente, prævertere idonea, passim in Scriptis supra recensitis inveniri.

Neque hic silentio prætereundum est *Opus postumum*, numeris tantum non omnibus absolutum, quod DEO secundante brevi in lucem edendum speramus: ubi præcipuè *de vera Deitate & æterna generatione JESU CHRISTI*, adjectis SS. Martyrum Ecclesiæ primitivæ testimoniis luculentissimis; deque variis aliis non parvi momenti argumentis tam Philosophicis quàm Theologicis, à nonnullis intempestivo zelo frustra impetitis accuratè & solidè differitur. De *Epistolis*, quas per omnem ætatem bene multas, documentis salutaribus instructissimas, sed & modestia singulari com-

men-

mendatissimas, ad omnis generis conditionisque homines, rogatus plerunque consultusque dedit, nihil certi adhuc affirmare licet. Dies fortè & Divini imprimis Numinis Providentia, quæ alienata à se mortalium corda mediis omnibus ad se retrahere satagit, spem aliquando occasionemque suppeditabunt, ut ex iis quæ supersunt, selectiores quædam colligi, & in salutarem usum solatiumque eorum qui veritatem quæ secundum pietatem est, amant, in lucem protrahi possint.

*Scipsi Rhenoburgi, ad diem 29. Augusti, anni reparatae salutis 1719.*



V.

MICHAELIS ROS-  
SALLI,

Græcæ Ling. atque artium in al-  
ma Groningensi & Omlandica  
Academia Professoris ord.

Ad loca Apocal. II, 13. & 17. Observatio.

§. I.

**Q**Uum Aesculapii thronum fuisse Perga-  
mi memini, in mentem & memo-  
riam mihi redierunt hæc à divino  
veri generis humani Σωτήρος ore  
profecta verba ad angelum Perga-  
menum;

menum; οἶδα τὰ ἔργα σου, καὶ πᾶς κατοικεῖς, ὅπου ἰ-  
 ΘΡΟΝΟΣ τοῦ ΣΑΤΑΝΑ *Novi opera tua* & ubi ha-  
 bites, ubi est THRONUS SATANÆ, Apoc.  
 II, 13. quæ optime interpretatur Vir Cl. &  
 doctissimus C. *Vitringa* comment. in h. l. p. 118.  
 quum ait thronum Satanae haud dubie esse se-  
 dem idololatriæ, superstitionis, vanitatis, impietatis,  
 & nequitiarum. Pergamenorum Deus erat pa-  
 trius, ille in tot eximiis eorum nummis signa-  
 tus AESCULAPIUS, unde Martial. Lib. IX.  
 Ep. 17.

*Consilium formæ speculum dulcesque capillos*  
 PERGAMEO posuit donâ sacrata DEO.  
 Huic magna solennitate sacra celebrabantur  
 ΑΣΚΛΗΠΙΑ & habebatur honor sacrorum cer-  
 taminum. Illi pompæ splendidissimo apparatu  
 Pergami peragi solebant. Quod etsi aliunde  
 non innotesceret, abunde tamen ostendere-  
 tur ex nummo Lucii Veri elegantissimo, quem  
 ex thesauro illustrissimi Comitum de Schwarz-  
 burg ante aliquot annos publici juris fecit  
 And. Morellius Specim. rei Num. ant. t. I,  
 n. 2. In eo Aesculapius in thesauro à duobus  
 centauris, ingentes faces accensas tenenti-  
 bus, vectus conspicitur cum hac epigraphe  
 ΕΠΙ ΣΤΡΑ ΑΤΤΑ : ΚΡΑΤΙΠΠΟΥ ΠΕΡΓΑΜΗ.  
 ΔΙΣ. ΝΕΟΚΟΡΩΝ B. i. e. *Sub prætoræ Atylio*  
*Cratippo Pergamenorum bis Neocororum bis.* His  
 accedit, quod, quum Græcas per urbes  
 crebresceret licentia atque impunitas *Asyla* sta-  
 tuendi: placitumque esset ut mitterent civita-  
 tes

tes jura atque legatos, & auditæ essent plurimarum Civitatum legationes: Hac re permessa Consulibus, ut perspecto jure, & si quæ iniquitas involveretur, rem integram rursus ad senatum referrent Consules: Illi *apud PERGAMUM AESCULAPII compertum ASYLUM retulerunt.* Tacit. L. III, Annal. Cap. 63. Atque ex iis satis ut opinor, appareret *sedem fuisse Pergamum Idololatriæ, superstitionis, vanitatis, impietatis, & nequitiarum.*

§. 2. Est tamen aliquid magis proprium ad ea verba illustranda, *ubi est THRONUS SATANÆ.* Nempe tanta vis erat Pergami *superstitionis* &c. ut illuc *CUNCTA ASIA* ad *AESCULAPII TEMPLUM* confluerit. Testatur id Philostratus vita Apoll. Tyan. L. IV. p. 192. Post somnium quoddam, Malea in Cretam delatus Apollonius, in templum venit Levenæum, Aesculapio sacrum. *Et sicut ASIA UNIVERSA PERGAMUM VENIT,* ita omnis *Creta ad id templum congregatur.* ἀνελθὼν ἄν, καὶ τοῖς θεολογούμενοις ἐντυχῶν, ἐπερεύθη ἐς τὸ ἱερόν τοῦ Λεβηναίου. ἐστὶ δὲ Ἀσκληπιῶ, καὶ ὡπερ Ἡ Ἀσία ἐς τὸ Πέργαμον, ἕτως ἐς τὸ ἱερόν τῆτο ξυνέφοίτα ἢ κρήτη. Sic Asiaticos introducit Aristides *ἱερ. λογ. β. p. 173. Pergamum undique venientes ἰῶν ΘΕΩΡΙΩΝ ΕΙΝΕΚΑ. ob SACRAS THEORIAS & solemnia Religionum:* Ad eam urbem quam ipse Aesculapius fecerat *ἐρημητήριον τῆς εἰς ἀπασαν τὴν ἡπειρον ὀμιλίας* **SEDEM ATQUE ARCEM OMNIS PER U-**  
NI-

NIVERSAM ASIÆ CONTINENTEM SO-  
LEMNIS COETUS ET COMMERCII.

§. 3. Neque vero hoc solum, sed ut olim  
gentilis impietas Apollonium Tyaneum, fan-  
ctissimi Salvatoris miraculis opponebat; quid  
si dicamus Græcos Asiaticos *Salvatori* generis  
humani ejusque *miraculis* suum AESCULAPI-  
UM *optimum deorum* ut putabant, & *maxime*  
*beneficum* opposuisse? Certe illum & ΣΩΤΗΡΑ  
appellarunt, & Σωτήρα Θεόν & quasi nomine  
proprio τὸν Σωτήρα, unde ὕδωρ ἀπὸ γε τῆ ἱερῆ καὶ  
τῶν ποδῶν τῆ Σωτήρος ὀρμώμενον, & humani ge-  
neris Servatorem ὁ τῆ τῶν ἀνθρώπων γένους ΣΩ-  
ΤΗΡΑΣΚΛΗΠΙΟΣ, & eum ad se *omnes homi-*  
*nes* vocare dixerunt & verum lumen splende-  
re facere. Κανταῦθα Ἰ Φρυκτοὶ φίλιοι πᾶσιν ἀν-  
θρώποις αἰροῦνται παρὰ τῆ Θεῶ, καλῶντος τὸ ὡς ἀν-  
τὸν καὶ μάλα ἀληθινὸν Φῶς ἀνίσχοντος. Vide Ari-  
stidem orat. in Puteum Aescul. fol. 64. & πε-  
ρὶ ὁμον. fol. 160. Hieroclem ap. Spanh. ad  
Morell. Ep. 4. §. 5. Quid illa? (Apud Aristi-  
dem orat. cit. εἰς τὸ Φρέαρ τῆ Ασκλ.) Θεῶν ὁ ΠΡΑΟ-  
ΤΑΤΟΣ ΚΑΙ ΦΙΛΑΝΘΡΩΠΟΤΑΤΟΣ; & ite-  
rum ΦΙΛΑΝΘΡΩΠΟΤΑΤΟΝ ΤΩΝ ΘΕΩΝ. Et de-  
nuo περὶ ὁμον. Ὑπὸ τῷ ΚΑΛΛΙΣΤΩ ΚΑΙ ΤΕΛΕΩ-  
ΤΑΤΩ. Quid hæc de aqua putei Aesculapii  
ἢ πίνων ἢ ἀν ὄντα προσδεηθεῖς, *Si bibas inde, vino*  
*non ulterius indigebis.* Sicut autem ex Juliani  
Cæsaribus docemur, quanta cum impietate  
gentiles *sacrum Christianorum lavacrum* irrise-  
rint; & ex veterum Christianorum Apologe-  
ticis

ticis, quantis artibus & mendaciis sanctissimum Christi dogma impugnaverint: quæ tamen ad tria ferè capita referebant Αθεότητα, Θυέσεις δειπνα, καὶ οιδιποδείας μάξεις Vid. Athenag. Apolog. p. 30. ita vix dubitaverim, quin illi se intra criminationes non continentes & accusationes infandas, ut sanctæ nostræ fidei horribilem personam imponebant, ita suæ contra superstitioni & impietati, speciem & virtutum & miraculorum sanctissimi Servatoris nostri tribuere ausi sint. Quæ quum in Aesculapio Pergameno maxime obtinuerint, inde videtur factum ut Pergamus THRONUS SATANAE i.e. ADVERSARII PER ASIAM MAXIMI fuisse dicatur, utpote ad cujus Fanum tantus ex tota Asia fiebat concursus. ΗΣΤΙΑ ΓΑΡ ΑΣΗΠΙΟΝ ΤΗΣ ΑΣΙΑΣ, sive ut mallet illustrius, Spanhemius ΚΑΙ ΤΗΣ ΑΣΙΑΣ ΕΝΤΑΥΘΑ ΤΑΡΥΝΘΗ. HIC ENIM FANUM, SEDES, REGIA, Thronus, AESCULAPII, AC ASIAE PRYTANEUM ERECTUM EST: imo Η ΚΟΙΝΗ ΤΩΝ ΑΝΘΡΩΠΩΝ ΕΣΤΙΑ, ἡς ἀτέλεστος μὲν, ἔδειξ δὴ πρὸς τῶν ὑφ' ἡλίω COMMUNE GENERIS HUMANI FANUM. Aristides περὶ ὁμων. fol. 160. ne repetamus quæ ex Philostrato allata sunt: *atque hic cunctis mortalibus amica faces à Deo attolluntur &c.* καὶ ἔτε χορῆ σύλλογος πρᾶγμα ποσῆτον, ἔτε πλῆ κοινωνίας, ἔτε διδασκαλῶν τῶν αὐτῶν ἰτυχεῖν ὅσον χρῆμα καὶ κέρδος ΕΙΣ ΑΣΚΛΗΠΙΟΥΤΕ ΣΥΜΦΟΙΤΗCΑΙ καὶ τελεοθῆναι τοὶ πρῶτοι τῶν ἰσραῶν ὑπὸ τῷ κοιλίω καὶ

πελωπαίτω δαδέχω καὶ μυσταγωγῶ neque tantum  
 &c. quanta res est ad lucrum, AD AESCULA-  
 PII TEMPLUM SIMUL COMMEASSE ac  
 ab optimo perfectissimoque tedifero ac Mystagogo,  
 primis esse sacris initiatum.

§. 4. Furto duplici scilicet, suspiciosi & ma-  
 ledici & impii homines, & Christianis eripie-  
 bant quæ eorum erant propria, & quæ veri  
 Σωτήρος erant vel virtutes vel miracula, illa o-  
 mnia ejus Satanæ & Adversario per Asiam  
 maximo, summa cum idololatria tribuebant,  
 Atque illis, quæ superius à nobis disputata  
 sunt, quædam ex Aristidis oratione in Puteum  
 Aesculapii subjungere non pigebit. Post-  
 quam Deum, quo nomine Aesculapium in-  
 telligit, Magnum vocavit ΘΑΥΜΑΤΟΠΟΙΟΝ, qui  
 omnia AD SALUTEM HOMINUM facit,  
 ΕΠΙ ΣΩΤΗΡΙΑ ΑΝΘΡΩΠΩΝ, satis prolixam  
 dein miraculorum, quæ ab aqua sacra proficisce-  
 bantur, connectit seriem. Hanc ille aquam,  
 ait, semper hominum necessitatibus & indi-  
 gentiæ plene satisfacere, αἰεὶ πληροὶ τὴν τῶν  
 θεομένων χρείαν. Et post nonnulla interjecta hæc  
 addit, πολλοὶ μὲν γὰρ τῆτι λυσιμένοι ΟΦΘΑΛ-  
 ΜΟΥΣ ΕΚΟΜΙΣΑΝΤΟ. Πολλοὶ δὲ πίνοντες ΣΤΕΡΝΟΝ  
 ΙΑΘΗΣΑΝ καὶ τὸ ἀναγκαῖον ΠΝΕΥΜΑ ΑΠΕΛΑΒΟΝ,  
 τῶν δὲ ΠΟΔΑΣ ΕΞΩΡΘΩΣΕ. τῶν δὲ, ἀλλότι, ἤδη δὲ  
 τις πίων, ΕΞ ΑΦΩΝΟΥ ΦΩΝΗΝ ΑΦΗΚΕΝ, ὡσπερ  
 &c. τοῖς δὲ καὶ ΑΥΤΟ ΤΟ ΑΡΥΤΕΣΘΑΙ ΑΝΤ ΑΛΛΗΣ  
 ΣΩΤΗΡΙΑΣ ΚΑΘΕΣΤΗΚΕ. καὶ τὸ τε δὴ ΝΟΣΟΥΣΙΝ  
 ἕτως ΑΔΕΞΙΦΑΡΜΑΚΟΝ ΚΑΙ ΣΩΤΗΡΙΟΝ ἐστὶ, καὶ τοῖς  
 ΤΓΙΑΙ.

ΥΓΙΑΙΝΟΥΣΙΝ ἐνδιατωμένοις πάντες ἄλλε χερῶν  
 ὕδαλ' ἔκ ἀμεμπτον ποιῆ. *illa enim aqua lavati  
 multi OCULOS RECEPERUNT, ac SPIRI-  
 TUM ad vitam necessarium RECUPERARUNT,  
 Horum PEDES correxit. Illorum MEMBRA  
 alia. Quid quod aliquis inde libens EX MU-  
 TO VOCEM EMISIT quemadmodum &c.  
 Quibusdam IPSUM HAURIRE SALUTEM  
 ATTULIT. Adeo ut aqua sacra ἔσται AEGRO-  
 TANTIBUS certissimum sit remedium αἰλεξιφαρμα-  
 κων & Σωτήριον ἔσται bene VALENTIBUS ma-  
 gnam etiam utilitatem praestet. Idem Aristides  
 alibi λαλιᾷ ἐῖς Ἀσκληπ., fol. 97. ἈΣΚΛΗΠΙΟΥ ΔΥ-  
 ΝΑΜΕΙΣ ΜΕΓΑΛΑΙΤΕ καὶ πολλαὶ Ἀesculapii VIRES  
 MAGNAE sunt ἔσται multa, & paulo post dici-  
 tur ὁ Θεὸς ΠΑΣΑΣ ἔχων τὰς ΔΥΝΑΜΕΙΣ  
 OMNES HABENS VIRES, VIRTUTES,  
 omnem potentiam qua vi & potentia in ho-  
 minibus ab omni morbo sanandis utebatur.  
 Ἀλλὰ καὶ ΜΕΛΗ τῆ σώμαλ' ἔσται, αἰτιῶνται πνῆες καὶ  
 ἄνδρες λέγω καὶ γυναῖκες, προνοία τῆ Θεῶ ΓΕΝΕΣ-  
 ΘΑΙ Φασὶ τῆ παρεὶ τῆς φύσεως διαφθαρέντων  
 MEMBRA quoque corporis quidam tum viri tum  
 mulieres, DEI providentia sibi ENATA predicant,  
 prioribus deperditis. ἤδη πίνου πνῶν ἤκαστα λεγόν-  
 των, ὡς ΑΥΤΟΙΣ ΠΛΕΟΤΙ ΚΑΙ ΘΟΥΤΒΟΥ-  
 ΜΕΝΟΙΣ ΦΑΝΕΙΣ Ο ΘΕΟΣ, ΧΕΙΡΑ ΩΡΕΞΕΝ.  
 Quosdam etiam audiivi dicentes DEUM SIBI  
 NAVIGANTIBUS ET PERTURBATUS AP-  
 PARUISSE, MANUMQUE PORREXISSE.  
 Et ne quis opinetur solum vulgus his super-*

stitutionibus fuisse occœcatum, Romanos Prin-  
cipes etiam Pergamum curationum causa ve-  
nisse legimus. Post Getæ fratris cædem, se-  
creta quædam laniena cœpit Caracallam tor-  
quere, quare Pergamum adiit, *Asiæ ci-  
vitatem, ut AESCULAPII CURATIONIBUS  
uteretur, ἡπεύχθη εἰς ΠΕΡΓΑΜΟΝ τῆς Ἀσίας χη-  
σαοθαὶ βουλόμεν* & ΘΕΡΑΠΕΙΑΣ ΤΟΥ ΑΣΚΛΗΠΙ-  
ΟΥ Herodiano autore L. IV. Cap. 8. Deni-  
que Hippolytum Thesei filium, ob patris im-  
precationes discerptum, *vitæ* post mortem,  
quod miraculorum est maximum, ab *Aescu-  
lapiο* dici *restitutum*, nemo ignorat. Sed il-  
lud antiquum, ideoque minus facit ad eam de-  
monstrandam *κακοζήλιαν*, quam quærimus. Et in  
Pausania mihi legisse videor Aesculapiū alicu-  
bi eo nomine cultum esse, quod *mortuos in vitam*  
reduceret. Sed quo loco nunc non recordor (a)

Enim.

(a) Putem eximio Viro ob oculos esse versatum lo-  
cum, qui apud illum L. II. p. m. 69. legitur, ubi Hip-  
polytum ab eo resuscitatum narrat. Alias ejus histo-  
riæ passim meminere veteres Virg. L. VII. *Æn.* vs. 765.  
sq. Ovid. in *Metam.* XV, 533. Serv. ad *Æn.* L. VI, 398.  
Lact. *Inst. Div.* L. I. c. 10. Hyg. *fab.* c. 49. Eurip. *Schol.*  
ad *Alc.* I. Pind. *Schol.* ad *Pyth. Od.* III, 13. De  
Androgeone idem testatur Prop. L. II. *El.* I. vers. 63. de  
Glaucō Minois filio Hyg. f. 49. de Tyndaride Plin.  
L. XXIX. c. 1. & Luc. in *Dial.* *περὶ ὄρχ.* meminit τῆς  
τῆς Θυνδαρεως ἀνάστασεως. Generalius excitatio mor-  
tuorum ei attribuitur ab Eratosthene Cyrenæo in  
*κατὰς. C. 6.* Λεγεται Ἀσκληπιον τῆς ἡδὴ τεθνηκο-  
της ἐγείρειν ἐν οἷς καὶ Ἰππολυτον ἐχάλαν, τῆς Θησεως,  
Diet.

Enimvero audiamus *divinam* illam *virtutem* ei adferentem Aristidem λαλ. εἰς Ἀσκληπ. f. 97. εἰσὶν οἱ Φασὶν ΑΝΑΚΤΗΝΑΙ ΚΕΙΜΕΝΟΙ ὍΜΟΛΟΓΟΥΜΕΝΑ δὴ πᾶ λέγοντες καὶ ΠΑΛΑΙ ΤΩ ΘΕΩ ΜΕΛΕΤΩΜΕΝΑ. *Sunt qui dicunt se MORTUOS RESURREXISSE: ea dicentes quæ CERTA & IN CONFESSO sunt, & à DEO (Aesculapio) JAM PRIDEM FACTITATA.* Atque ex his miraculis & curationibus famigeratissimis factum est, ut tot à veteribus cuderentur *nummi*, quorum inscriptiones ostendunt earum memoriam, variis in locis *ludorum* solemnitate fuisse celebratam. Inspiciatur A. Morellii tabula XIII. ubi sunt illæ, quas dico, inscriptiones ΑΣΚΛΗΠΙΑ, ΣΩΤΗΡΙΑ ASCLEPIA seu *Aesculapia*, SOTERIA. Qui vero ea legerit, quæ vir magnus Ezech. Spanhemius de his certaminibus Epist. I. ad Morellium commentatus est, refert ingens operæ suæ pretium.

§. 5. Multa hic tandem dici possent, vel forte etiam dicenda essent, de SERPENTE Aesculapii vel Aesculapio, quæ quam bene nostræ rei conveniant, facile intelliget quicumque meminerit, SATANAM, adversari-

G 3

um

*Dicitur Aesculapius etiam mortuos revocare ad vitam, quorum ultimus fuit Ippolytus, Thesei filius. Hinc à Q. Sev. Samonico vl. 7. ita compellatur.*

*Tuque potes artis, reduces qui tradere vitas*

*Nostri, & in cœlum manes revocare sepultos.*

Meminit quoque ejus rei Aufonius in præf. Græphi.

T. d. H.

um Servatoris, sub SERPENTIS imagine ab  
 omni ævo intellectum. Quid vero notius quam  
 anguis & SERPENTIS specie Aesculapium  
 latere creditum? unde nota Alexandri Pa-  
 phlagonis impostura, de qua librum scripsit  
 Lucianus. Sed hæc attigisse sufficiat. Ne-  
 quaquam dubito quin multa plura in hanc rem  
 afferri possint. Sed quia hæc ingenti quadam  
 celeritate & præcipitantia, nec magna libro-  
 rum copia, scribenda sunt, cetera iis qua-  
 renda & dicenda relinquo, qui feliciores sunt  
 ingenio, otio, & librorum abundantia.

§. 6. Est etiam alius locus hujus Epistolæ  
 vs. 17. τῷ νικῶντι δώσω αὐτῷ ΨΗΦΟΝ &c. quem  
 locum ajunt huc usque intellectum non esse.  
 Nam quod nonnulli volunt ad morem anti-  
 quum alludi, quem Ovidius expressit in Me-  
 tamorph.

*Mos erat antiquis niveis atrisque lapillis  
 His damnare reos, illis absolvere culpa,*

Illud jam ab eruditis observatum est obtinere  
 non posse, quia in phrasi Domini est ut loqui-  
 tur Cl. Vitringa in Apocal. p. 122. *calculus al-  
 bum DATUM IRI Victori.* Quod nequaquam ita  
 obtinuit usu apud Græcos. Calculi enim albi in judi-  
 ciis non dabantur absolvendis, sed potius Magi-  
 stratui, qui iudicio præerat. At non ægre mihi  
 in animum induci patiar, à ritu quodam Per-  
 gamenorum desumptam esse metaphoram. Per-  
 gami scilicet, eos quos Aesculapius suis benefi-  
 ciis

*ciis profecutus erat, ab eo ΨΗΦΟΝ accepisse.*  
 Suspicionem hanc fovet Aristides, qui quum  
 ab ineunte ætate, fuisset valetudine afflicta,  
 ut testatur Philostratus in ejus vita, sæpenu-  
 mero Dei Pergamei Σωπῆρ, ut existima-  
 bat, opera & divina vi, meliori valetudini  
 restitutus, se esse ait ex eorum fortunatissi-  
 morum numero, qui ΨΗΦΟΥΣ CALCULΟΣ  
 ACCEPERUNT pro quibus nolit accipere  
 quicquid homines felicitatis nomine solent in-  
 telligere, ἐγὼ μὲν ἔν καὶ αὐτός εἰμι τῶν ἑ δις βε-  
 βιωκότων ὑπὸ τῷ θεῷ, ἀλλὰ πολλῆς καὶ παντε δα-  
 πνῆς βίης βεβιωκότων, καὶ τὸν νόσον κατὰ τῆτο εἶναι  
 λυσιπελῆ νομιζόντων. Πρὸς δὲ καὶ ΨΗΦΟΥΣ ΕΙΛΗ-  
 ΦΟΤΩΝ, ἀνθ' ὧν ἔγωγ' ἀν ἑδὲ σύμπασαν δεξαίμην  
 τὴν ἐν ἀνθρώποις λεγομένην εὐδαιμονίαν. Alio et-  
 iam loco περι ῥήσορ. λογ. Β. fol. 124. ὁ πάντος  
 ἄριστος Ασκληπίος dicitur ΨΗΦΟΝ ἑκ ἄπμον ἑδὲ  
 αὐτός ΔΙΑΟΥΣ: quæ tamen alio videntur  
 spectare, nec alia de causa, quam ob  
 phraseos similitudinem à nobis sunt  
 allata. Sed de his judicent  
 peritiores.

THEODORI HASAEI

de Throno Satanae apud Pergamemos

ad locum Apoc. II, 13.

DISSERTATIO.

ARGUMENTUM.

Cur Pergami dicatur fuisse Thronus Satanae? Generalius A. ejus rei ratio esse potest (a) Cultus Aesculapii. Habuit ibi templum, *ἱεῖον, Μαντεῖον*. Inde dictus Pergameus & Pergamenus §. 1, 2. In nummis Pergamenorum expressus §. 3. Ob (b) summam Idololatricam etiam aliis Diis exhibitam; Minervae, Romae, Jovi, Telesphoro, Coronidi, Hygiae, Veneri, Cabiris. §. 4. Imperatoribus Romanis, Augusto, Trajano, Tiberio. §. 5. Inde toties facti Neocori. Primatum sacrorum sibi arrogarunt. *κοινοβελία*. Ludi. §. 6. Inde apud eos praefecti sacrorum. *ἀρχιερεῖς, Ἀσισαρχαί, θεολογοί, ἐπιστάται* §. 7. Specialius B. Quod (a) sacra Christianorum imitarentur in cultu Aesculapii §. 8. Vocabatur ille *Κατή* §. 9. Sub imagine (b) Serpentis f. Satanae colebatur §. 10. Ob persecutiones ibi (c) contra Christianos excitatas. *Ἀντιπας*. §. 11. Ob (d) cultum Hygeiae. §. 12. Cur expressa fiat mentio THRONI. Aesculapius (a) colebatur *sedens in throno* §. 13. In (b) sacris Cabirorum multa mentio *θεῶν*. Inter eos est Aesculapius. §. 14. Sententia P. Zornii de hoc loco proponitur §. 15. & discutitur §. 16. Cur *Ephesus, Smyrna, Pergamus* conjungantur §. 17. & primo loco collocentur. §. 18.

§. I.

Quam modo legisti observationem petita est ex erudita, atque per insigni differtatione Academica, quam Groningae singulare ejus ornamentum Michael ROSSAL-

LUS

LUS ante hos tredecim annos (a. MDCCVI.) de Regno PERGAMENO in lucem emisit. Apparet ea in nostris oris perquam rarer, & quae heic inde excerpimus, ea ibi, haud facile quaesivisses. Sunt autem tam ingeniose inventa, tamque eleganter consignata, ut ea in nostra hac Bibliotheca quoque legi voluerim lubentissime. Id vero, cum neque incio, neque invito Auctore fiat, ita quoque ab ejus humanitate, quae cum reliquis ejus virtutibus mirificum quoddam temperamentum fecit, me facile impetraturum veniam confido, quod ea, quae ad ejus sententiae cum confirmationem, tum inlustrationem facere posse existimo, heic tanquam purpurae pannum, adsuere audeam.

§. 2. Aesculapium itaque, in cujus cultu hujus rei fundamentum jure ponitur, Pergameno praecipuo quodam honore profectos esse, ibique ejus primariam fuisse sedem, praeter illa, quae jam in hanc rem adducta sunt, passim indicant veterum monumenta.

Q. Serenus Samonicus statim in principio carminis sui v. 8. ita illum alloquitur;

*Qui colis Aegeas, qui PERGAMA, quique Epidaurum.*

Noti sunt Pap. Statii versus L. III. sylv. c. 4.

*Dicitur Idalios Ericis de vertice lucos*

*Dum petit, & molles agit Venus aurea cygnos*

*PERGAMEAS intrasse domos, ubi maximus aegris*

*Auxiliator adest, & festinantia sistens*

*Fata, salutifero mitis Deus incubat angui.*  
 Andromachus in Poemate de Theriaca, quod  
 apud Galenum, Pergamenum, existat de Anti-  
 dotis, urbibus, in quibus ejus sacra invalue-  
 rant, accenset Pergamum. Traductum huc e-  
 jus cultum esse ab Archia, Aristarchi filio, &  
 deinde à Pergamenis ad Smyrnaeos delatum  
 testatur Pausanias L. II. sive in Corinth. p. m.  
 68. τὰ Ἀσκληπείων, sive Ἀσκληπείων, i. e. fani Ae-  
 sculapio sacri τὰ Ἐν Περغامῶ ἰdem meminit  
 L. III. f. in Laconicis prope finem & L. V. p.  
 160. sicut τὰ Ἰατρείων, quod Pergami constitue-  
 rit Asclepius, Lucianus in Icaromenippo T.  
 II. p. 205. & Ἐστίας, sive Prytanei. quod fue-  
 rit simul totius Asiae, Aristides in Or. de con-  
 cordia urbium, quam habuit Pergami T. II. p.  
 304. Ibi fundebantur oracula, unde Philostr.  
 in Vita Ap. L. IV. c. 1. mentionem facit τὰ  
 Μαντεῖον ἐκ τῶν περὶ τὸ Περγαμὸν ἱερῶν, quo fani-  
 tatis egentes ad Apollonium a Deo Aescula-  
 pio relegabantur. Quam rem quoque con-  
 firmat Basilus Seleuciensis in vita S. Theclae  
 L. II. Asylum quoque ibi fuisse ex citato qui-  
 dem §. 1. Taciti loco patet, sed & illud non ita  
 eo loco habitum fuisse discimus ex Appiano  
 de bello Mithrid. p. m. 185. ubi narrat Perga-  
 menos τὰς εἰς Ἀσκληπείων συμφυροντας, quum  
 nollent abscedere, statuis haerentes sagittis  
 esse confixos. Huc & donaria ex longe remo-  
 tissimis locis mittebantur. Ab Earino, Domi-  
 tiani liberto capillus cum pyxide gemmata  
 &

& speculo Roma Pergamum transmissus, argumentum est citati carminis Statii ut & epigrammatis Martialis, quod à Cl. Rossallio adductum est. In eo, ut vocatur, DEUS PERGAMEUS, ita alias dicitur PERGAMENUS, v. gr. in inscriptione Beneventana apud Reinesium Cl. I. n. 115, AESCULAPIO PERGAMENO SACRUM; & in lapide Veronensi apud Graterum, quem deinde adducemus, ΑΣΚΛΗΠΙΟΣ. ΠΕΡΓΑΜΗΝΟΣ. Sicut etiam Galenum L. 1. de sanit. tuenda p. 226. & de libris propriis p. 362. eum appellasse τὸν πατρῶιον Θεὸν Ἀσκληπιῶν, patrium Deum Aesculapium notavit Ill. Spanh. in Ep. ad Morell. p. 212.

§. 3. Non mirum itaque est eum in Pergamenorum nummis apparere frequentissime. Apud Begerum T. I. p. 492. & T. II. p. 679. cernitur cum serpente, baculum quæ nexibus ambit, & epigraphe; ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. Harduinus in Nummis urb. illustr. p. 134. adducit nummos a Pergamenis cusos Sabinae, & Antonini Pii, & Faustinae junioris, & M. Aurelii, & L. Veri, & Commodi, & Juliae Domnae. Immo scribit Harduinus, nullum fere in manus suas incidisse Pergamenorum nummum, quin vel Aesculapii vel Hygiae effigiem aut symbolum praetulerit. In nummis Commodi, & Caracallae & M. Aurelii, in quibus Selini & Cetii, qui fluvii Pergamum præterfluebant, fit mentio, conspicitur quoque Aesculapius insists cippo apud Sponium in Italia. T. I. pag. 455. & Spanh. in Ep. ad Morell.

p. 250. Josephus *Monterchius*, sive J. P. *Bellarminus*, hunc enim libri ejus autorem laudant alii, inter rariores Cardinalis Carpegnae nummos edidit p. 39. nummum Commodi *ἑμμο-  
voίας* Ephesiorum & Pergamenorum repraesentantem, exhibitis eorum symbolis Diana atque Aesculapio, sicut concordia Smyrnaeorum & Pergamenorum in alio pariter maximi moduli nummo, qui in Gaza regis Galliarum adservatur, delineata cernitur sub figura Nemesis atque Aesculapii, tanquam tutelarium Smyrnaeorum & Pergamenorum Numinum; ut & Mitylenaeorum & Pergamenorum concordiam expriment cum Aesculapio Nemesis, quae solita utriusque civitatis Numina erant, apud Morellium tab. XXIV. Praecipue hic commemorandus esset nummus L. Veri Imp. quem integra Epistola, doctissime, ut solet, illustravit incomparabilis SPANHEMIUS, (in qua, quae de aliis huc pertinentibus nummis §. 2. adducit, videri debent.) nisi ROSSALLUS illum jam indicasset §. 1. Est ei geminus fere alius Cimeliarchii Berolinensis sub Caracalla & Geta percussus nummus, in quo Asclepius duorum Centaurorum taediferorum manibus in altum sublatus est, cum epigraphe ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ ΝΕΟΚΟΡΩΝ, apud Beg. Th. Brand. T. III. p. 135. & Spanh. de Num. T. I. p. 281.

§. 4. Praeter Aesculapium autem aliorum quoque idolorum haud parci cultores erant Per-

Pergameni. *Minervam*, coluisse ex nummo, ubi *Aesculapio* juncta conspicitur, quique apud *Begerum* est l. c. colligimus. In Nummo *Augusti* legitur ΘΕΑΝ ΡΩΜΗΝ ΠΕΡΓΑΜΗΝΟΙ; *Deam Romam* (colunt) *Pergameni* apud *Hard.* p. 134. qui quidem lucem accipit è verbis *Taciti Ann. L. IV. c. 37.* ubi *Augustum sibi atque urbi Romae PERGAMI sibi templum non prohibuisse* legitur, ad quae *Justus Lipsius* mentionem facit denariorum, in quibus inscriptio COM. ASIAE. ROM. ET AUG. Apud eundem *Jovis Phili* sedentis in templo effigiem exhibet *Trajani* nummus, qui hanc habet epigraphen. ΤΡΑΙΑΝΟ ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ ΦΙΛΙΟC ΖΕΥC. *Trajanus Pergamenorum amicus Jupiter.* *Evamerionem* quendam à *Pergamenis* *Telephorum*, ab *Epidauriis* *Acesium* appellatum esse, divinosque ei honores exhibitos, *Pausanias* monet in *Corinth.* p. 54. & ex *Aristide* serm. I. II. & IV. discimus ejus apud *Pergamenos* pariter & *Smyrnaeos* templum fuisse & simulacrum. Unde & in nummis *Pergamenorum* occurrit apud *Harduinum*, & stans in templo apud *Ill. Cuperum* de *Apoth. Hom.* pag. 142. *Aesculapii* matrem, quae dicta est ΚΟΡΩΝΙC, eosdem esse veneratos, pariter nummus *Sabinae* ab iis cusus, qui apud *Harduinum* quoque exstat, innuit. *Jovis* effigies in nummis *M. Aurelii*, & *Bacchi*, in nummo *L. Veri*, quem cuderunt *Pergami* *Incolae*, cernitur. Et *Hygieia* *Aesculapio* jungitur frequentissime. *Veneris*

Paphiae quoque templum ibi fuisse ex eorundem nummo probat Harduinus pag. 135. *Cabros* denique ibi cultos non solum ex eo haut obscure colligas, quod per universam Asiam colerentur, sed quod, *quam Pergameni incolebant terram, eam CABIRIS sacram fuisse perhibuerint*, si fides Pausaniae L. I. c. 4.

§. 5. Praecipue eminebat Pergamenorum zelus in turpissima Romanorum principum, ipsis adhuc vivis, tanquam DIS exhibita veneratione. AUGUSTO ab iis dedicatum esse templum ex allegato Taciti loco discimus, Confirmant id duo Pergamenorum nummi, illinc cum Augusti effigie, hinc cum inscriptione ΘΕΟΝ ΑΥΓΟΥΣΤΟΥ ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ, *Deum Augustum Pergamenorum apud Vaillantium Num. Imp. p. II. p. 51. & in Num. Imp. Graec. p. 5. Ut & duo Caracallae nummi, quos inter selecta Abbatis de Camps numismata produxit Vaillantius p. 69. in quibus Pergamenorum pariter & Smyrnaeorum in honorem Augusti ac Tiberii exstructa aedes conspicitur. Ita apud Patinum in Numism. Imp. p. 53. duo conspiciuntur nummi Sardinorum & Pergamenorum, in quibus templa ΑΥΓΟΥΣΤΟΥ, id est, Augusto consecrata, cum Demophontis & Cephaliontis nominibus exhibentur. Dio Cassius L. LI. p. 58. narrat Augustum extraneis hominibus, uti vocabat Graecos, concessisse Augustum, ut sibi, quoque, sicut Parenti Julio dedicarentur templa,*  
id-

idque, uti in Bithynia à Nicomediensibus, ita in Asia à PERGAMENIS factum. Immo in honorem Augusti publicos ludos ac festos dies Pergami celebratos inde dictos ΑΣΤΟΤ-  
 ΤΕΙΑ sive Latine *Augustalia* docent inscri-  
 ptiones veteres apud Grut. CCCXIV. 1. in  
 Marm. Oxon. p. 70. & Spon. in Miscell. p. 367.  
 Idque iis ab Augusto permissum docet Dio  
 loco citato; Ἐλαβον δε οἱ Περγαμηνοὶ τὸν ἀγῶνα  
 ἱερόν ὀνομασμένον ἐπὶ τῆς ναῦς αὐτῆς ποι-  
 εῖν. *Concessum est PERGAMENIS, ut ludos, quos  
 sacros vocant, in honorem templi ejus, instituerent.*  
 Pariter TRAIANO, qui circa illud tempus im-  
 perio Romano praeerat, dedicatam quoque  
 aedem fuisse à Pergami incolis, docet num-  
 mus ab illo Spanhemio T. II. de Num. praest.  
 p. 652. ex thesauro regio Gallico adductus,  
 in quo epigraphe legitur ΘΕΩ ΣΩΤΗΡΙ ΚΑΙ  
 ΤΩ ΘΕΩ ΣΕΒΑΚΤΩ, *Deo Servatori & Deo Au-  
 gusto*, ubi Aesculapium per τὸν Σωτήρα & Tra-  
 janum per τὸν Σεβαστον indicari videmus. Tra-  
 jani quoque cultum apud eosdem innuit ad-  
 ductus §. praecedenti ejus & Jovis Φιλιου  
 nummus. Fuisse quoque inter illas Asiae ci-  
 vitates, quae inter se de erigendo in Tibe-  
 rii honorem templo disceptabant, quod ta-  
 men Smyrnaeis adjudicatum est, testatur Tac.  
 Ann. L. IV. c. 55.

§. 6. Hinc Pergameni saepe Neocoratum  
 adepti, i. e. publica sacrorum, ludorum ac cer-  
 taminum in honorem Deorum, atque Augu-  
 sto-

storum instituendorum cura iis commissa. Immo, cum Smyrnaei demum sub Tiberio, & Ephesii postea *νεωκοροι* facti των *σεβασων*, hic honor jam iis contigit sub Augusto, adeoque ex urbibus primis. Asiae omnium, ita in marmorea statua dicata Gajo Aulio Aulo Julio Quadrato, quam in ipsa Pergamo Carolus Sponius in Itiner. p. 140. 141. & G. Wheler in itin. p. 262. descripsere, commemoratur *η βασιλη και ο δημος των πρωτων των νεωκορων Περγαμηνων*. S. P. Q. *primorum Neocororum Pergamenorum*. In nummo Caracallae maximi moduli, in thesauro regis Galliarum, quem adducit Ill. Spanh. T. I. p. 642. legitur *Περγαμηνων πρωτων Β Νεωκορων*. Et *Περγαμηνους πρωτης δια* aut *της Νεωκορας* in Nummis M. Aurelii, Lucii Veri, Decii, apud Tristanum, Patinum, Spanhemium, Vaillantium, Dalenium, Harduinum, Morellium, passim legis. Notae quoque sunt disceptationes, quae Pergamenis cum Ephesiis atque Smyrnaeis intercessere, ratione *primatus* Asiae, & cui harum titulus *της πρωτης Ασιας* conveniret, quem quidem primatum non tam urbium vel jurisdictionem vel magnitudinem vel pulchritudinem, quod quibusdam antiquariis visum fuit, sed templorum, sacrorumque constitutionem spectasse dudum evicit Vir in hoc literarum genere summus Ez. Spanhemius de praest. Num. Diss. IX. c. 4. Confer A. van Dalem Diss. de Antiquit. IV. c. 3. In hac quoque Pergamo publica sive, ut Livius vocat,

communia Asiæ concilia, (a) quæ Aristides vocat κοινὰ βασιλευσίων, in nummis autem Tar-sensium & Anazarbensium, ut & apud Stra-bonem κοινοβουλία appellantur, in quibus ea, quæ Deorum cultum, aedes sacras, ludos ac festa iis dicata concernebant, tractabantur, habita fuere. Ludi quoque maxi-me solemnes ibi habebantur, in honorem principum. Inscriptiones modo citatae me-morant ΑΥΓΟΥΣΤΕΙΑ, ΤΡΑΙΑΝΕΙΑ. ΑΣΚΛΗΠΙΑ; quibus in alio marmore Arundelliano III. ad-duntur ΚΟΜΜΟΔΕΙΑ.

§. 7. Hinc cum ejusmodi sacra ludosque curare officium erat των Αρχιερεων η και Ασιστων, tales quoque fuere inter Pergami incolae. Ita in nummo Augusti apud Vaillantium in num-mis Graec. Imp. quidam M. Furius dicitur ιερευς και Ασιστης Περγαμηνων. Apud Har-duinum in nummo Antonini Pii commemo-ratur Cajus Pollio, Asiarcha Pergamenorum. Ita in inscriptione quadam Thyatirensi apud Spo-nium in Itiner. T. III. p. 114. mentio fit των Αρχιερεων της Ασιας των εν Περγαμω, Sacerdo-tis maximi templorum Asiae, quæ sunt Pergami; Erant quoque apud eos, qui dicebantur Theo-logi. Sic Harduinus de Nummis urb. p. 135. producit Decii nummum maximi moduli, in quo mentio fit Γλυκωνος ΘΕΟΛΟΓΟΥ Περγα-μηνων πρωτων Νεωκορων, cum L. Herenniæ Etrusci icone, quo nomine apud gentiles quo-  
 Class. III. Fasc. I. H que

(a) Vide de iis Spanhem, in Orbe Romano p. 423. sqq.

que olim eos quorum partes erant, Deorum naturas, mysteria, vaticinia atque oracula, & omnia quæ huc spectabant, explicare, antiquitatū gnari norunt. Neque negligenda est insignis dignitas, τῆς Ἐπιστολῆς Τεμενῆς, sive *Praefecti templi*, quam apud Pergamenos quoque locum habuisse docet insignis ab iis flatus Severi nummus, quem olim possedit Christina Regina, qui inscribitur. ΕΠΙΣΤΑΤΟΥ. ΤΕΜ. (i.e. Τεμενῆς) ΑΝΝΙΟΥ. ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. Β. ΝΕΟΚΟΡΩΝ: *Praefecti templi Annii. Pergamenorum bis Neocorum* apud Vaill. de N. Gr. Imp. p. 86. & 314. Quo quidem munere se quoq; functum esse testatur Dio Cassius L. 84. Περγαμῆς ὡσπερ τῆς Σμυρνᾶς προσταχθεὶς ἀπὸ τοῦ Μακρινῆς, ΕΠΕΣΤΑΤΗΣΑ. PERGAMI & Smyrnae a *Macrino constitutus praefecturam gessi*. Ita ut ex his omnibus pateat religionis gentilium, atque idololatriæ summaeque superstitionis sedem, h. e. Satanæ thronum, fuisse Pergami, & recte scripsisse Aretham, quemque hic secutus est, Andream Caesareensem. Θρόνον δὲ τοῦ Σαταναῆ τὴν Περγαμὸν καλεῖ, ὡς καλεῖται ὁ ἄστυ ὑπὲρ τὴν Ἀσίαν πικρᾶν. I. Q. E. D.

§. 8. Verum enim vero hæc propemodum omnia communia erant reliquis etiam Asiae urbibus, inter se, quænam alteram antiret nefanda superstitione, tanquam de principatu contendentibus. Investigandum itaque est, cur Pergamo sigillatim *thronus Satanæ* adtribuat. Rectissime autem observatum est erudi-

eruditissimo ROSSALLIO, ejus rei duplicem indicari posse causam, cum quod Aesculapium opponerent Christo, & in illius sacris Christianorum sacra foeda quadam imitatione exprimerent, tum quod Deo illi, ut Poetam dicentem audivimus, Pergameo SERPENS, τὸ Σατανα symbolum esset sacer. Jam pridem Justinus Martyr in Apol. II. p. 90. observavit gentiles Aesculapium suum introduxisse, ὅτε δὲ παλιν ἐμαθόν προφητευθέντα Σεργεπέυσειν αὐτὸν πᾶσαν νόσον καὶ νεκρὰς ἀνεγερειν. Quae ad hanc rem comprobendam adduxit ROSSALIUS valde illustrant, verba Juliani Apostatae, quae apud Cyrillum L. IV. c. Jul. p. 200. leguntur, cujus rei indicium debeo doctissimo Viro Cornelio ADAMI, in exercit. exeget. p. 57. Cum enim Christiani dicerent Jesum Christum, filium Dei, apparuisse in terris, humana indutum forma, neque solum miraculosis sanationibus se corporum medicum praestitisse, sed & animarum sanandarum curam in se suscepisse, his, fere gemina de Aesculapio suo asseverabant gentiles. Audiamus ipsa Imperatoris verba; Ο γὰρ Ζεὺς ὃν μὲν τοῖς νοσηταῖς ἐξ ἑαυτοῦ τὸν Ἀσκληπιὸν ἐγέννησεν, εἰς δὲ τὴν γῆν διὰ τῆς Ἡλίας γυναικὸς ζωῆς ἐξεφῆνε. Οὐδὲ ἐπὶ γῆς ἐξ εὐρανοῦ ποιησάμενθ' προοδόν. ἑνοειδῶς μὲν ἐξ ἀνδρῶν μορφῆ περὶ τὴν Ἐπιδαυρον ἐφάνη, πληθυνόμενος δὲ ἐνλευθένταῖς προδοῖς, ἐπὶ πᾶσαν ὥρεξε τὴν γῆν τὴν σωτηρίαν ἐκὺς δεξιᾶν. ἦλθεν εἰς Περγαμόν, εἰς Ἰωνίαν· εἶτα,

πανταχου γης ἐστὶ καὶ θαλασσης, ἔκαθ' ἐκασονήμων  
ἐπιφοιτα, καὶ ὁμως ἐπανορθουται ψυχὰς πλημμε-  
λως διακειμενας, καὶ σωματα ἀόθηνως ἔχοντα. Ju-  
piter enim inter ea, quae mente cernuntur, EX SE-  
GENUIT Aesculapium, IN TERRAM autem  
per foecundi solis vitam editus est. Hic E-  
COELO in terram progressus HOMINIS  
FORMA unice quidem circa Epidaurum apparuit.  
Inde longius proventus in omnem terrarum orbem  
SALUTAREM suam DEXTERAM extendit.  
Venit in Pergamum, venit in Joniam, tandem UBI-  
QUE terrarum ἔς maris est, nec ad unumquem-  
que nostrum privatim com meat, sed ad omnes, ve-  
runtamen ANIMAS erigit vitiis deditos, ἔς COR-  
PORA infirmitate laborantia. Quis non hic mi-  
retur malitiam τῶ σατανα, τῶ ἀντιδικῶ, τῶ ἀντι-  
κειμενῶ suum Aesculapium unico generis huma-  
ni RESTITUTORI tam aperte è diametro  
opponentem?

§. 9. Quo in primis etiam pertinet, quod  
illum nobilissimo hoc σωτηρῶς ὄτιλο insigni-  
rent passim, ludosque in ejus honorem in-  
stitutos vocarent ἀσκληπειᾶ σωτηρεία. Do-  
cuit id praclare, ut solet, e veterum num-  
mis, inscriptionibus, ac libris vir summus EZ.  
SPANHEMIUS de praest. Num. T. I. p. 417.  
& in ep. ad Morellium. I. §. 2. quibus, ut &  
quae in hanc rem adduxit Cl. ROSSALIUS  
addere liceat, id jam nominis ei ab Orphico  
tributum:

Ἰητήρ πάντων Ἀσκληπιε δεσπότα παιῶν  
 Ἐλθε μακάρε ΣΩΤΗΡ, βίολης τελευτῆ ἰσθλόν  
 ὀπαζών.

*Sanator omnium Aesculapie, domine Paeon,  
 Veri beate SALVATOR, vitae finem bonum  
 praebens.*

Hierocli in prooemio, quod praefixit libris  
 περὶ τῶν ἵππων Θεραπειᾶς p. 3. dicitur ὅτι τῶν  
 ἀνθρώπων γενεῆς ΣΩΤΗΡ Ἀσκληπιός, *Aesculapius  
 humani generis servator.* In columna Messinensi  
 apud C. Patinum p. 69. in thesauro T. Mau-  
 roceni legitur; ἈΣΚΛΗΠΙΩ ΚΑΙ ΤΓΕΙΑ ΣΩΤΗΡ-  
 ΣΙΝ ΠΟΛΙΟΥΧΟΙΣ. Confer Gruterum in  
 Inscr. p. 68. n. 5. Hubertus Goltzius in N. in-  
 sularum Graeciae tab. XX. nummos septem  
 habet, quorum in una parte caput cernitur  
 barbatur, ab altera serpens vel in gyrum vel  
 baculo circumvolutus cum inscr. ΚΩΙΩΝ.  
 ΣΩΤΗΡ, ubi indicari Aesculapium nullum est  
 dubium. Huc spectat quoque inscriptio Ve-  
 ronensis apud Grut. p. 1073. n. 5. Ἀσκληπιῶ  
 Περγαμηνῶ Ἰγεία, Τελεσφορίωνι ΘΕΟΙΣ ΣΩΤΗΡCΙ  
 &c. *Aesculapio, Pergameno, saluti, Telesphoro,  
 DIS SERVATORIBUS.* Et a Pergamenis qui-  
 dem dictum τῶν Σωτηρῶν nummus docet jam  
 supra à nobis §. 4. adductus. Idque ab Epi-  
 dauriis quoque factum numisma indicat quod  
 ex Goltzio citat Harduinus de nummis urbium  
 illustr. ubi in una parte legitur ΕΠΙ: i. e. ἐπι-  
 δαυρείων, in laurea, in altera autem superficie

caput cernitur, sc. Aesculapii, cum epigraphe  
 ΣΩΤΗΡΟΣ; Huc pertinet gemma apud Leonh.  
 Augustinum p. 11. n. 12. in qua Aesculapius  
 cum Hygieia, & Telesphorus exsculpti sunt,  
 cum inscr. σωζετε, pro σωζετε με. Huc facit, quod  
 ab Ovidio L. XV. Met. vs. 653. *opifer* & vs.  
 744. SALUTIFER dicitur, sicut vel ejus an-  
 guis ita vocatur Statio Syl. L. III. c. 4. SALU-  
 TIFERO *mitis Deus incubat angui*. Ab Arnobio  
 L. VII. *Deus prestans, sanctus Deus*, SALU-  
 TIS DATOR, *valetudinum pessimarum propul-  
 sator, prohibitor & extingtor*, ab Arist. in Plu-  
 to A. III. sc. I. *μεγα βροτοι φανθ*, & à Py-  
 thia apud Paus. L. II. *μεγα χαρμα βροτοις*, ut  
 nunc alios taceamus titulos, qui cum soli con-  
 veniant summo Sospitatori nostro, plenis ta-  
 men modiis Asclepio collati sunt.

§. 10. Recte pariter monitum est cum à  
 doctissimo ROSSALLO, tum ab aliis, SER-  
 PENTES Draconesque in cultu Aesculapii  
 tam frequentes, potuisse occasionem dare,  
 ut Pergami thronus fuisse dicatur SATANAE,  
 qui olim serpentis indutus forma primos pa-  
 rentes decepit, calamitatesque omnes gene-  
 ri humano induxit, atque eapropter, ut tristem  
 illius rei memoriam refricando illuderet mor-  
 talibus, fere in omnibus sacris sub imagine coli  
 voluit *serpentis*, ac propterea in ipsis sacris li-  
 teris nomine *Draconis* & *serpentis* antiqui in-  
 signitur. Nolo jam angues adducere imagi-  
 nibus Aesculapii additos, aut in templis ei  
 dica-

dicatis publice nutritos, aut baculo, quem ille gerit, circumvolutos. Neque monebo eundem inter cœlestia signa, manibus serpentem, qui medium ejus corpus implicat, tenentem, à veteribus collocatum, atque inde nomine *Ophiuchi & Serpentarii* insignitum. Id tantum notare liceat, serpentem symbolum fuisse *Aesculapii*, atque hunc sub illius effigie adumbratum frequentissime. Quis nescit *Alexandrum Abonotichitam*, impostorem impurissimum, cum *Aesculapium* renatum sibi adesse, vellet persuadere hominibus, eum mira quadam fraude ostentasse sub forma *Draconis*, humana facie instructi atque edentis oracula. Quam oppido memorabilem historiam singulari libello, (a) cui nomen fecit *Pseudomantis*, enarrat *Lucianus*, confirmantque eam numismata complura, quæ apud *Ill. Spanhemium* de præst. Num. T. I. p. 213. & in *Comm. ad Callimachum* p. 395. & 396. uti & *Sponium* in libro, quem inscripsit *Re-*

H 4

cher.

(a) Ex eo id nunc solum adnotare juvat, teterrimum illum planum admirationem omnium sibi conciliaffe, atque opinionem, quasi oracula divina ederet, quod inter alia esset *αφρη υποπιμπλαμενος το σωμα, as repletum habens spuma*. Sed & id quoque observandum, addi simul medium, quo ad eam patrandam fraudem usus est; manducationem radicis *σφιδος της βαφικης βοτανης*. Ex quo, cum etiamnum nostris diebus similia fieri, audimus, cavendum nobis est, ne simili modo nos in fraudem atque syrtes abripi patiamur. T. d. H.

*cherches de l'Antiquite* p. 529. sq. expressa ex-  
stant, in quibus angues conspiciuntur magni-  
tudinis ingentis cum epigraphe ΓΑΥΚΩΝ  
ΑΒΟΝΟΤΕΙΧΕΙΤΩΝ sive ΙΟΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Cui  
non dictus Hylas de Aesculapio ex Epidauro  
solemni legatione Romam accersito, (a) qui  
in urbem sub effigie serpentis quam elegantis-  
simus nummus Antonini Pii ex gaza regia  
Galliarum apud Spanhemium diff. IV. p. 217.  
exhibet, in insulam Tiberinam sibi deinde sa-  
cram appulit? Ex innumeris, qui hoc nar-  
rant, liceat tantum adducere verba Ovidii ex  
libro *Metam.* L. XV. vs. 737.

*Jamque caput rerum Romanam intraverat ur-  
bem,*

*Erigitur SERPENS, summoque acclivia malo  
Colla movet; sedesque sibi circumspicit aptas.*

& Q. Ser. Samonici vs. 9. 10.

*Qui quondam placidus tectus sub pelle DRA-  
CONIS*

*Tarpejas arces, atque incluta templa petisti.*

& Marcelli Empirici, in carmine, quod alias  
Vin-

(a) Narrant hanc historiam pluribus Val. Max. L. I. c. 8. Ovid. *Met.* L. XV. vs. 695. sqq. Liv. L. XI. ep. (qui expresse addit, in *angue Aesculapii numen fuisse constasse*) Oros. L. III. c. 22. A. Vict. de Vir. III. c. 22. Claud. de conf. Stil. L. III. vs. 171. sq. August. de Civ. D. L. III. c. 12. Plin. L. XXIX. c. 22. Plut. in quaest. Rom. p. 62. Jul. Obs. de prod. atque alii.

Vindiciano , Comiti Archiatrorum sub Valentiniano tribuitur. *Qui quondam versus in Anguem Tempia Palatinae subiit sublimia Romae.* Inde vocatur SERPENS Epidaurius Sidonio Epist. L. I. c. 7. Ex Epidauro quoque ad Sicyonios DRACONIS indutum specie mulorum bigis deportatum auctor est Pausanias L. II. in Corinth. p. m. 53. Huc facit nummus qui hinc Alexandri Severi caput, inde Serpentem praeferebat, ac in aversa parte Serpentem cum ara & arbore, ac inscriptione ΕΠΙΔΑΥΡΙΟΝ, quem in Thesauro regio Gallico fuisse testatur II. Spanhemius T. I. p. 218. Commemorabilis in primis ille est, quem ex Thesauro regio Gallico idem in Ep. ad Mor. p. 218. producit, Pergamenorum nummus, à Severo cusus, in quo serpens spectatur arbori circumplicatus cum adstante, quae arboris ramum dextra apprehendit, femina, sive Pallade, cum Graecis Praetoris Julii Pollionis nominibus; in quo aut multum fallor, aut historia matris nostrum omnium primae, à Satana, serpentis induto formam miseris modis delusae deprehenditur, sed de eo, & quae huc spectant pluribus, fortunante Deo, agetur, in Commentario, quem pridem ad prelum paravi, de SERPENTE SEDUCTORE, sive *vestigis historiae Lapsus in Gentilium monumentis occurrentibus.*

§. II. His duabus rationibus nunc addere liceat tertiam. Videlicet, in ea urbe sedem habuisse Christi adversarium, quae significa-

tio vocis Satanae est, luculenter satis ille ostendit  
 diris illis persecutionibus, quas ibi contra Chri-  
 stianorum gregem excitavit. Illud ex ipsa hac  
 constat epistola, in qua τὸ πῦρ τὸ μαρτυρῶν Christi,  
 ANTIPAE, apud Pergamēnos occisi, fit men-  
 tio. Non quidem iis relationibus quae ex ve-  
 terum Menologiis, de Antipa, quod Christum  
 publice professus, Daemones cogeret fateri,  
 iē Christi nomine pelli ac fugari, in bovem  
 aeneum, ac igne candentem coniecto atque  
 exusto, circumferuntur, multum haberi fidei  
 velim, utpote quae vel ipsi Arethae fuere igno-  
 ta. Illud etiam synaxatrium, in quo illa ple-  
 nius enarrantur, quod e Manuscripto Grae-  
 co a Francisco Zino latinè versum, a Pape-  
 brochio in actis Sanctorum T. II. Apr. exhibi-  
 tum, laudatumque est, cum doctissimis Vi-  
 ris sublestae esse fidei iudico. Inficiari tamen  
 velle, fuisse Pergami Virum insignem, ac  
 pietate praestantem, qui ob confessionem  
 doctrinae Jesu Christi crudelem mortem su-  
 bierit, id vero mihi nimis audax, & à reve-  
 rentia, quae sacris literis debetur, alienum  
 facinus videtur. Praeterea Eusebius H. E. L.  
 IV. c. 14 meminit Martyrum Pergamenorum,  
 Carpi, Papyli, & mulieris Agathonicae, qui  
 post plurimas, atque insignes confessiones  
 gloriosam ibi martyrii coronam adepti sunt.

§. 12. Quod si tamen quispiam existimave-  
 rit eam rem quoque illustrari posse e cultu  
 Deae Hygeiae, sive Salutis, vel bonae Va-  
 letu.

letudinis, non valde intercedam. Ejus enim quoque sacra apud Pergamenos vigeant. Unde & in nummis eorum passim Aesculapio juncta conspicitur. Inter ejus cognomina non solum erat SALUTIS, sed & της σωτηρας. Nihilo tamen minus, illi *Serpens*, sub cujus olim exuviis is, qui unico SALUTIS auctori atque restitutori capitalis adversarius constitutus erat, voluit delitescere, maxime sacer. Illa porro *confidens in throno* tantum non semper conspicitur. Tam protrita, atque obvia haec sunt, ut nemo vel mediocriter in veterum librorum atque nummorum lectione versatus, ea possit ignorare. Quare iis ulterius illustrandis superfedemus.

§. 13. Quum autem ex his abunde pateat, cur domicilium Satanas fixisse dicatur Pergami, id tamen quoque haud negligendum est, illi ibi quoque SEDEM sive THRONUM adtribui. Id factum autem esse auguramur, quod, quem tanquam tutelare ac patrium Numen, colebant Pergameni, Aesculapius, in throno confidens effingeretur. Pausanias in Corinth. p. m. 65. testatur apud Argivos nobilissimum fuisse Aesculapii fanum, in quo ejus signum fuerit figura Viri SEDENTIS e candido lapide adfidente bona valetudine. το δε επιφανες αλον Αργείοις Ιων Ασκληπειων αγαλμα εχει ΚΑΘΗΜΕΝΟΝ Ασκληπιον, λιθον λευκον. Idem p. m. 73. auctor est apud Aeginetas passim fuisse αγαλμα Ασκληπιε λιθου ΚΑΘΗΜΕΝΟΝ si-  
mula-

*mulacrum Aesculapii SEDENTIS lapideum.* In-  
 signis autem locus apud eundem existat p. m.  
 69. in quo *throni* Aesculapii bis fit mentio.  
 Ejus enim statuum, e marmore Pario, quod  
 opuserat Thrasymedis, ita describit. ΚΑΘΗ-  
 ΤΑΙ δὲ ἐπὶ ΘΡΟΝΟΥ βακτηριῶν κεφαλῶν ἴην δὲ ἐπι-  
 ρῶν τῶν χειρῶν ὑπὲρ κεφαλῆς ἔχει ἰσθμὸν  
 καὶ ὀκυῶν παρὰ κατὰ κερμὴν πεποιηται τῷ ΘΡΟΝῳ.  
 δεῖ ἡρώων ἐπειρασμένα Ἀργείων εἶναι ἔργα : SEDET  
 in THRONO scipionem tenens, alteram manum  
*superimpositam habet Draconis capiti, cane ad pedes*  
*decumbente.* In ipso autem THRONO Argivo-  
 rum opera caelata sunt : Eodem modo ejus ima-  
 ginem describit Albricus Philos. in L. de Deo-  
 rum imaginibus ; *Est ea, inquit, homo quidam*  
*cum barba prolixa, indutus habitu medici, SE-*  
*DENS, cujus manus dextra barbam tenebat ; fini-*  
*stra vero baculum cum serpente gestabat intorto.*  
 Quod si ejusmodi ἀγάλμα fuit apud Perga-  
 menos, uti nihil obstat quin fuerit, non mul-  
 tum necesse est, anquirere, quid apud eos fue-  
 rit Satanae THRONUS.

§. 14. Praeterea notari velim in sacris Ca-  
 birorum sive Corybantum, quorum cultus in  
 Asia minori erat creberrimus, frequentissi-  
 mam occurrere memoriam τῶν θρονῶν, ἰῶν θρο-  
 νισμῶν, ἰῶν θεῶν συνθρονῶν, συνεδρῶν, παρεδρῶν,  
 quos Latine vocabant *Consentes*, quasi confi-  
 dentes. Sacris illorum initiari nemo poterat,  
 nisi per θρονωσιν, vel θρονισμον, i. e. collocatio-  
 nem in folio sive throno, circum choreas agi-  
 tan-

tantibus singulis aliis, quem ritum olim singulari poemate, quod *Θρανισμυς* inscripsit, illustravit Orpheus, sive Nicias Eliates teste Suida. Vide de illo plura apud Meursium de festis in voce *καβειρα* le Moine in Var. S. p. 380. sqq. & in diff. ad Jer. XXIII, 6. c. 5. Monuimus autem Cabiris sacram fuisse Pergamenorum terram supra §. 4. Praeterea Aesculapio την υγειασιασω, και Τελεσφορωνα adjungebant συνδρονας. Et Aesculapius inter Cabiros numerabatur; Docet id Eusebius L. I. Praep. Eu. c. X. p. m. 39. ubi Sydeco (quem λεγομενον δικαιον, agnoscis vocem *רִיָּא*, ex una Titanidum genuisse Aesculapium dixerat) επτα παιδες καβειρας, και ογδοον αυλων αδελφον Ασκληπιον; septem liberos Cabiros, cum octavo eorum fratre Aesculapio adtribuit. Et cum haec obscuriora videri possent, apertius id innuit Damascius in vita Isidori apud Photium p. 1704. Ο εν Βηρυλω Ασκληπιου εν εστιν Ελλην, ε δε Αιγυππος, αλλα τις επιχωριου Φοιριξ. Σαδουκω γαρ εγιγοντο παιδες, εν Διασκορους ερμηνευσιν και Καβειρας. ογδοου δε εγινετο επι ταυταις ο Εσμων, ον ΑΣΚΛΗΠΙΟΝ ερμηνευσιν, Aesculapius, qui Beryti colitur, non est Graecus, neque Aegyptius, sed Phoenix aliquis indigena. Saduco enim filii fuere, quos Dioscuros & Cabiros interpretantur. Octavus autem INTER EOS fuit Esmunus, (a) quem AESCU-

(a) Vox haec exprimit Ebraicam vocem *עֲשְׂמוֹן*, quae notat *octavum*, ut sc. indicetur Aesculapium, *octavum* Saduci filium.

quem *AESCULAPIUM* dicunt. Ex quibus cum pateat in Cabirorum numero fuisse Aesculapium, in illorum autem sacris frequentem esse *THRONORUM* memoriam, non mirum est Pergami, ubi Aesculapius colebatur in primis, *THRONUM* Satanae fuisse dici. Id quod à nobis ostendendum erat.

§. 15. Aliam tamen, sibi ingrediendam esse viam judicavit Vir doctissimus, Petrus *ZORNIUS*, aliis quoque ingenii monimentis praeclaram famam adeptus, in singulari dissertatione, quae *Plœnae Holsatorum* ante hoc triennium de eodem hoc, quod tractamus, argumento prodiit. „Siquidem observat ille „Pergamenorum reges eruditionis omnigenae „Genios quosdam tutelares habitos, insignem „bonae mentis palaestram, dictum *Museum* „Pergamenum in illa urbe institutam, in illo „Museo, ut moris erat, splendorum Sophistarum fuisse cathedras, quæ cum ad thronorum regionum magnificentiam accederent „proxime, *Throni* quoque vocatae, & hinc „facile potuisse fieri, ut toti illi Museo *Throni* „adhaereret nomen. Dictum autem *thronum* „*Satanae* atque hoc nomen pro opprobrio obiectum Pergamenis, quod, qui illo regnarent, „Sophistae scientia sua atque arte dicendi abuterentur turpissime, nefandis omne genus „sceleribus se contaminarent, praecipue autem tum increbescentem, in ipsa etiam Pergamo Christianorum religionem impudentissi-



lentibus aliquid in veterum scriptis legisse. Quin è contrario, si ea Smyrnaeis scripta fuissent, quae heic Pergamenorum Angelo leguntur scripta, talis observatio insignem locum mereretur. De Smyrna enim Philostr. de Vita Soph. c. XXV. §. 4. praeclarum testimonium fert. Πασης Ιωνιας οιον ΜΟΥΣΕΙΟΥ πεπολισμενης αρωπυαλην επεχει ταξιν η Σμυρνα καθαπερ εν ταις οργανοις Μαγας. *Cum tota Jonia, instar Musei alicujus, sit instituta principem in ea locum, ut inter instrumenta musica μαγας, obtinet SMYRNA*: Et inter praecipua ejus decora recenset ipse Smyrnaeus, Arist. in Or. de conc. Urb. p. 307. τας ΜΟΥΣΩΝ και χαελων χορας, τας διαιων την πολιν εμβατευοντες. *Musarum & Charitum Choros urbem perpetuo peragrantes*. Videri possunt, quae Philostratus de Nicete, Scopeliano, Polemone, Smyrnaeorum Sophistis narrat, cum de Pergamenorum, si recte memini nihil habet. Nisi, quod in vita Aristidis, qui tamen Σμυρναιος dicitur in basi statuae Bibliothecae Vaticanae, L. II. c. 9. narrat Pergamum Asiae oppidum illum exercuisse in genere dicendi Aristocleo. Imo Polemonis, Attali, Claudii Procli, Claudii Rufini, Sophistarum Smyrnensium memoria in nummis ad seram posteritatem propagata est, de quibus vide *Spanhemium* de praest. Num. T. I. p. 710. sqq. Quod si his similia de Pergamenis Sophistis possent ostendi, fateor has viri doctissimi cogitationes nostris apprime conjungi,

majo-

majoremque ita huic Apocalypſeos loco poſſe  
affundi lucem.

§. 17. In hoc autem argumento cum verſor,  
coronidis loco, diſquiram, quid cauſae ſit,  
cur in his epiſtolis Apocalypſicis urbes EPHE-  
SUS, SMYRNA, ac PERGAMUS conjun-  
gantur, cum tamen, ſi ſitum earum in tabulis  
Geographicis ſpectes, majori locorum interca-  
pedine a ſe diſtare, quam quidem a reliquis  
urbibus, quæ capite ſequenti commemorantur,  
deprehendes. Atq; haec ruruſus ex veteri illarum  
hiſtoria illuſtranda ſunt. Inter has enim urbes  
publica Concordia ſive OMONOIA ſancita  
fuit. Docent id veterum Nummi apud  
Whel. & Sponium in itin. T. I. in quibus haec  
epigraphe. ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ ΕΦΕΣΙΩΝ ΠΕΡ-  
ΓΑΜΗΝΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ & in alio ΕΦΕΣΙΩΝ ΠΕΡ-  
ΓΑΜΗΝΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ & in alio ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ  
ΕΦΕΣΙΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ. In primis notandus eſt  
alius Antonini Pii qui apud eundem & Vaill.  
in Num. Gr. Imp. p. 40. occurrit ex Num-  
mophylacio Chriſtinae Auguſtae, in quo Ama-  
zon ſive Nemefis Smyrnaeorum cum Perga-  
menorum Aeſculapio & Ephelſorum Diana cer-  
nitur cum inſcr. ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ ΠΕΡΓ. ΕΦΕΣΙΩΝ  
ΟΜΟΝΟΙΑ. Neque ignota cuiquam eſſe poteſt,  
quam de ipſa harum trium urbium *ομονοια*,  
orationem habuit Ariſtides. Coniunguntur  
quoque hae urbes in lapide apud Falconerium  
in Notis ad Inſcr. Athlet. p. 60. ubi M. Aure-  
Class. III. Fasc. I. I lius

lius Demonstratus Dama vocatur Εφεσι  
 Σμυρναϊ Περγαμην.

§. 18. Quod autem ordinem illum adtinet,  
 quo heic collocantur, primum locum recte  
 occupat *Ephesus*. Illius enim urbis prae reli-  
 quis singularis erat praerogativa, & celebri-  
 tas, ob inclutum illud Dianae templum, ob  
 Laetoniae & Apollinis natales, ob incolarum  
 frequentiam & divitias, ob pulchram navium  
 stationem, ob negotia inde longe lateque dif-  
 fusa, unde jam Josephus A. L. XIV. c. 17. τὴν  
 Εφεσιῶν πόλιν vocat πρωτεύουσαν τῆς Ἀσίας. Unde  
 olim quoque singulari lege injunctum erat  
 Proconsuli Romano, ut in Asiam provinciam  
 trajiciens pedem primum inferret Epheso,  
 apud Ulp. L. IV. §. 5. Aristides in citata saepe  
 oratione appellat Ταμειον κοινον τῆς Ἀσίας, &  
 Chrysof. in arg. Ep. ad Eph. & Theodosius  
 Imp. in Ep. ad Diosc. τὴν μητροπολιν τῆς Ἀσίας; &  
 Stephanus Byz. τὴν πόλιν Ἰωνίας ἐπιφανέστατην.  
 Recte ei jungitur *Smyna*, quae non multum,  
 quod Epheso cederet, habebat, unde non so-  
 lum ab Aristide *corona Joniae atque Asiae* decus  
 dicta est, sed in nummis atque inscriptioni-  
 bus vocatur λαμπροτάτη καὶ μητροπολις τῆς Ἀσίας  
 καὶ κόσμος τῆς Ἰωνίας; illiusque incolae πρωτοὶ  
 Ἀσίας καλεῖται καὶ μεγαθεοί. Singularis quoque  
 urbis *Pergami* erat auctoritas, cum ob tot mul-  
 ta alia decoratum quod tam diu Attalorum  
 atque Eumenis regia fuit sedes, unde Plinio  
 vocatur longe *Clarissimum Asiae Pergamum* L. V.

cap. 33. illique etiam diu in vicina loca principatus concessus fuit id docente Plinio & Strabone.

§.19. Sed & recte primum locum heic prae reliquis Asiae Urbibus obtinent haec tres urbes; illis enim titulus των πρωτων Ασιας, datur in veterum nummis frequenter, gravesq; de primatu inter eas, subinde, ut jam monitum est, intercessere disceptationes, exstatque etiamnum oratio Aristidis, quam, ut illas lites των πολεων των περὶ τὰ πρωτειου νυν ἀμιλλομενων urbium de PRIMATU contententium dirimeret, habuit Pergami. Ita Nummi sub Vespasiano, Caracalla, M. Aurelio, L. Vero, Alexandro Severo, Mammaea, Maximino, Gordiano Pio, sub Philippis, Otacilia Severa, Tranquillina, Decio, Valeriano, Volusiano, Salonina, ac Gallieno, Herennia Hetruscilla, percussi ab Ephesius habent epigraphen ΕΦΕΣΙΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΑΣΙΑΣ vel Εφεσιων νεοκ. πρωτων Ασιας. Smyrnaei in nummis Caracallae, Juliae Domnae Gordiani Πii, Alexandri Severi, Commodi, Πρωτοι Ασιας Νεωκοροι vel πρωτοι Ασιας Β. Νεωκοροι των Σεβασων dicuntur. Neque minus talem titulum sibi arrogasse Pergamenos vel ex ipsa illa inscriptione Sponianâ, quam jam supra allegavimus, patet ubi mentio fit της βαλης και της Δημητρου πρωτων Νεοκορων Περγαμηνων & ex nummis Caracallae, ibi vocantur Περγαμηνοι πρωτοι β. vel γ. Νεωκοροι. Qui plura de his volet, feret operae pretium, si τον Πανυ ΕΖ. Spanhemium de

praest. Num. diff. IX. c. 4. & A. van Dalen de Antiq. diff. IV. c. 3. consuluerit. Nobis nunc sufficit, ostendisse, tribus illis urbibus prae reliquis Asiae primatum jam olim adsignatum, adeoque & apud Johannem eas primo loco ex consuetudine illius temporis recte collocatas esse.



VII.

Assertio, juris (a) quod REFORMATIS competit, possidendi **TEMPLUM** in urbe **FRANCOFURTENSIVM** ad **Mœnum**.

**Gründliche Deduction**  
und Erörterung der Frage:

**O**B die Reformirte Gemeine zu Franckfurt am Mayn von dasigem Magistrat eine Kirche in der Stadt zum öffentlichen Gottesdienst cū omnibus juribus Parochialibus von Rechtswe-

(a) Hoc scriptum nomine Regiae Majestatis Borussiae ante hos octo admodum annos Proceribus Reipu-

wegen zu prætendiren und zu fordern habe  
oder nicht?

I 3

Ra-

Reipublicae Francofurtanae, oblatum, cujus T.  
I. p. 895. mentio facta est, heic loci exhibetur.  
Fit illud præcipue in gratiam Duum-Virorum,  
quibus ea, quae ibi de hoc negotio monueramus.  
singularibus examinare scriptis, collubitum fuit,  
Prius prodiit sub forma epistolae, ad nos directae  
cujus auctor sibi nomen adscivit LIBERII à SAN-  
CTA VERITATE, quo paene putem eum voluisse  
indicare, quam constitutum sibi fuerit *liberius a  
sancta Veritate* discedere. Alterum, aut multum  
fallimur, aut, si non calamo, consiliis tamen debe-  
tur Viri famosissimi, & id genus scriptis id dudum  
adepti, ut non lippis solum, & tonforibus, sed &  
licitoribus notus sit, & carnificibus. Facile intelli-  
ges a me innui, illum *Haereticæ pravitatis per Ger-  
maniam Inquistorem sollertissimum, vigilantissimumque,  
Calvinianarum* (quos ille Judaeis, Turcis, atque  
ethnicis, non aequiparandos solum, sed & postpo-  
nendos, immuni atque Giganteo ausu putat) *mal-  
leum, vnicuius Lutheranorum vindicem ac defensorem val-  
de strenuum, ETC. ETC. ETC.* Is, nullam ratus  
sibi praetermittendam occasionem, qua suum pro  
*Orthodoxia*, quam putat, zelumne dicam, an firorem?  
ostenderet, ter hoc anno prodiit in publicum.  
Posteaquam enim Potentissimus GEORGIUS, nunc  
imperii Britannici habenas moderatur, & Refor-  
matus Princeps Augustissima Suecorum Regina, frui-  
tur tori socia, veritus, ne inde nobis aliquid adce-  
dat, *zvaψήxwv*, aut *ἰσπορία* inter partes, quae ab ec-  
clesia Romana discessere, nonnihil capiat augmen-  
ti, duos libellos vulgavit, quibus ecclesiam Angli-  
canam à Lutherana dissidere longissime, atque in  
ipso errare fidei fundamento, Reformatos autem non  
solum e numero sociorum Augustanae confessionis,  
sed

Rationes dubitandi.

Von denen Stadt-Predigern daselbst ist vor den Westphälischen Friedens-Schluss pro negativa eingeführet worden.

Pri-

sed & ipsorum Protestantium exturbandos, evincere conatus est. Nunc alio scripto, cui nomen alicujus ex ejus disciplinae alumnis præfixum est, cum Anonymum quendam scriptorem, qui in suis meditationibus ad pacem Westphalicam de concedendo Reformatis in civitatibus Imperialibus Sacrorum exercitio nonnulla monuerat, tum Nos, qui eam in rem mollissimis verbis usi fueramus, adortus est gravissime acerbissimeque. Has chartas omnes, ut legas, atque trutines, tibi commendamus, Lector, quisquis es, serio. Tum enim, quando, qualia ibi candoris, veritatis, Charitatis, studii pacis, atque moderationis Christianae vestigia appareant, agnoveris, a quo Spiritu illud hominum genus agi oporteat, judicabis optime, & si ullus apud te aequitatis sensus est, totus perhorresces. Immo ipsos Theologos ecclesiae Lutherano-Evangelicae, inter quos complures virtute atque eruditione præstantes, quorum merita veneramur, amicitiam honori nobis ducimus, novimus, in hac causa Judices non reformidamus. Fateamur tamen perlubenter, ejuscemodi agendi ac scribendi modum, nos imitari, neque velle, neque decere, & cum non deceat, non posse. Quod si ille ad κρηνηρια Lutheranismi pertinet, quod tamen mihi haud facile persuaserim, vix mihi tempero, quin in has Jacobi Patriarchae voces erumpam. אל כבודי: תבא נפשי בקלם אל תחד כבדי; Aliter in scholis atque ecclesiis Reformatorum sumus edocti, aliter edocemur quotidie, aliter docemus alios. Sumus quidem έτοιμοι άει προς Απολογιαν παντι τω άτιθεντι ύμης λογον περα της εκ ύμιν έλπιδ<sup>ος</sup>,

sed

Primo. Es hätte Valerandus Polanus das Exercitium Religionis für die Vertriebene Wallonen, deren Prediger Er war, Anno 1554. mit List und Betrug erschlichen, und Sie hintergangen, indem Er vorgegeben, daß Er nebst seiner Gemeinde in der Lehre mit Ihnen, Stadt-Predigern, einig wäre, so man aber nachgehends falsch befunden.

Secundo. Die Reformirte wären nicht Augspurgische Confessions-Verwandte, und hätten also keinen Theil am Religions-Frieden.

Tertio. Lutherus, hätte an Sie geschrieben, daß man den Reformirten das freye Exercitium Religionis mit gutem Gewissen nicht verstaten könne.

Nach dem Westphälischen Frieden hat der Magistrat zu Franckfurt seine abschlägige Antwort, welche Er denen für die Re-

I 4

for-

sed si id fiat, μετὰ ΠΡΑΟΤΗΤΟΣ καὶ μετὰ ΦΟΒΟΥ, neque ab altera parte perfrecta omni fronte, excullo omni pudore, non solum Christianae Religionis, sed vel humanae societatis leges conculcentur pedibus. Malumus interea sequi exemplum ejus, ὃς λοιδοροῦμεν ἢ ἀντελοιδοροῖ, παρεδίδε δε τω κριναντι δικαίως. Et de his etiam dictis, factis, scriptisque *judicabunt alii extra partes positi, arbitrium facit posteritas, DECERNET AETERNITAS.* Seria tamen hominum id genus, a quibus vituperari, laudari est, commiseratione ducti, ex intimis cordis nostri penetralibus illud Domini ac Magistri nostri ingeminamus. DOMINE. REMITTE. ILLIS. NESCIUNT. ENIM. QUID. FACIANT. *Verbum non amplius addam.* T. d. H.

formiten intercedirenden hohen Potentaten  
gegeben, aus folgenden Ursachen vornehm-  
lich suchen zu entschuldigen. Als

- a. „Dafs das Reformirte Religions-Exer-  
citiū, wie auch selbiges hiebevör möch-  
te gewesen seyn, doch jetzt (nehmlich  
Anno 1691.) communi hominum opi-  
nionē bey Ihnen für neu gehalten  
würde.
- b. „Die Concessio Exercitii Religionis  
Reformatæ wäre contra statum publi-  
cum ihrer Stadt.
- c. „Es wäre selbige Zulassung ihnen bey  
ändern, der unveränderten Augspur-  
gischen Confession Verwandten Stän-  
den unverantwortlich.
- d. „Sie könnten von deme in keine Wege  
abgehen, was Ihre Vorfahren gethan,  
welche beschlossen, daß die Reformir-  
te keinen Gottes-Dienst in Ihrem Ter-  
ritorio haben solten.
- e. „Sie müßten es bey dem statu anni 1624.  
lassen, als wannehr Reformati keinen  
Gottes-Dienst in Franckfurt gehabt;  
Befagtes Jahr aber wäre ratione Exer-  
citiū Religionis tam publici quam pri-  
vati, juxta Instrumentum Pacis Osna-  
brugensis annus regulativus in Im-  
perio.
- f. „Es wäre zu besorgen, daß wann Sie  
ein-

„einmahl von dem anno regulativo, und  
 „denen aus dem Westphälischen Frie-  
 „den Ihnen competirenden Juribus &  
 „poffessione vel quasi, abgiengen, ih-  
 „nen auf Römisch-Catholischer Seiten  
 „die Verftattung neuer Kirchen auch zu-  
 „gemuthet werden dörfte.

**Resolutio Dubiorum.**

Ad I. Auff der Prediger zu Franckfurth an-  
 geführtes erstes Argument wird geantwor-  
 tet: Dafs Valerandus Polanus bey feinen  
 Leb-Zeiten von denen falschen Beschuldi-  
 gungen, in seinem so genandten Antidoto  
 contra Joachimum Westphalum sich gnug-  
 sam befreyet, und erwiesen, dafs Er sich je-  
 derzeit auffrichtig bezeiget, und gleich von  
 Anfang, als Ihme und seiner Gemeinde von  
 dem Rath der Stadt Franckfurt Herberge zu-  
 gefaget worden, denen Stadt-Predigern sei-  
 ne Supplication zugestellet, und als Sie dar-  
 auff nichts zu sagen gewußt, hat Ihnen der  
 Magistrat das Exercitium Ihrer Religion per  
 Decretum vergönnet und eine Kirche einge-  
 raumet. Nachgehends hat Polanus denen  
 Stadt-Predigern die in Engelland zuvor ge-  
 druckte Liturgiam und Glaubens-Bekändniß  
 seiner Kirchen überliefert, welche Sie gleich-  
 fals nicht mißbilliget. Mit was für Intrigues  
 aber dieselbe bey dem Rath ausge-  
 würcket, dafs Er die vertriebene Reformirte  
 Christen Anno 1561. Ihres Gottes-Dienstes

wiederum beraubet, auch auf was Weise diese, die Reformirte, zu erst nach Franckfurt kommen, solches erzehlet Petrus Dathenus, gewesener Prediger bey der Wallonischen Gemeine daselbst, ausführlich in einem Scripto, welches folgenden Titul hat.

*Kurtze und wahrhafftige Erzehlung, welcher massen deren Frantzösischen und Niederländischen, der wahren Religion haben verjagten Christen in der Stadt Franckfurt im Vier und Fuffzigsten und etlichen folgenden Jahren, die öffentliche Predigt göttliches Worts, und Auspendung der heiligen Sacramenten in ihrer Sprache verstatet, und aus was Ursachen ihnen nachmahls solches verboten worden ist.*

Welches Büchlein wohl werth (b) dafs es nebst

(b) Uterque hic liber & Datheni & Polani, quorum ille a. 1563. Hic autem a. 1557. in lucem prodierat, una cum Apologia Johannis a Lasco (cujus hic titulus est Purgation, das ist, eine Nothwendig Christliche Verantvortung der fremden Kirchen-Diener zu Franckfurt am Mayn, vider etlicher Calumnien und Auflagen, so sie aus Unverstand vvahrer Religion beschuldiget, als ob ihre Lehre von Gegenvvertigkeit des HERRen Christi in seinem Heil, Abendmahl mit der Augspurgischen Confession nicht übereinstimmete von Johanne a Lasco; Freyherrn aus Polen.) quam subscripserunt Johannes a Lasco, Valerandus Polanus, Wilhelmus Houbraque, Robertus Hornius, Petrus Dathenus, quaeque Basileae apud Joh. Oporinum a. 1556. lucem adspexerat, ut & *Ordinatione ecclesiastica & Conjessione doctrinae*, illarum ecclesiarum

nebst oberwehntem Antidoto Polani gleichsam aus der Aschen wieder hervor geluchet, und wegen seiner rareté durch den Druck gemein-und bekandt gemacht werde.

Dass aber auch offtgemeldter Stadt-Prediger Beschuldigung, als wenn Polanus anfänglich betrüglich mit ihnen umgangen, eine ungegründete Zumuthung sey, solches erbhellet daraus Sonnen klar, dass Johannes von Lasky eingantzes Jahr nach Polano Anno 1555. im Monat Julio, die Niederländische Kirche auf Vergünstigung des Magistrats ebenfalls zu Franckfurt angerichtet, welches er Ihme gewisslich nicht würde vergönnet haben, wann Polanus Sie vorhero betrogen hätte, oder seine Lehre so Ketzerisch von dem Rath wäre befunden worden, wie selbige von denen Stadt-Predigern nachgehends ausgeschrieben ist. vid.

*Die Christliche Erwekung der Religions-Motivum zwischen denen Evangelisch-Lutherischen und Reformirten §. 58. pag. 86. seqq. §. 61. pag. 97. §. 98.*

Gesetzt auch, welches aber noch nicht genugsam erwiesen, dass Valerandus Polanus gleich nach seiner Ankunfft zu Franckfurt solle gefaget haben, er wäre in der Lehre mit

*ih-  
suarum junctim recusatus est Heidelbergae, a. 1598.  
in forma quadrifariam partita, edente haec & e Latino in Germanicum sermonem convertente Melchiore Fronbergero, Pastore ecclesiae Hochstadiensis in comitatu Hanoico. T. d. H.*

ihnen enig, so hat er auffer Zweifel auf Martini Buceri Articulos der Vereinigung gezelet, welche auf Begehren des Magistrats Anno 1542. alle Prediger zu Franckfurt unterschrieben, wie auch den kleinen Franckfurtischen Catechismum dadurch verstanden. Bey welcher Lehre ihrer Vorfahren aber die Stadt-Prediger selbst nicht geblieben, sondern von derselben in viele Wege abgewichen, wie solches die

*Gründliche und nothwendige Erwegung des Gegenbedenckens &c. so Anno 1615. von einem Anonymo geschrieben worden,*

ausführlich darthut; Allwo auch gemeldte Vereinigung Buceri und der kleine Catechismus beygedruckt zu finden ist. Welche beyde Stücke vielmehr mit der Reformirten Lehre, auffer was das zweyte Gebot anlanget, übereinkommen, als das Sie derselben zuwieder seyn solten.

Über dem so haben Valerandus Polanus und andere Lehrer der Reformirten Kirche, ja Calvinus selbst, als er zu Franckfurt sich aufhielte, inständig begehret, sich mit denen Stadt-Predigern freundlich zu unterreden, welches ihnen aber allemahl abgeschlagen worden, woraus dann klärlich erhellet, das die Stadt-Prediger die verjagte Christen bey dem Magistrat ohne einigen Grund und Ursach verdächtig und verhaft zu machen sich bemühet haben; denen er aber als eine  
Christ-

Christliche Obrigkeit billig kein Gehör geben, sondern den einmahl verstatteten Gottes-Dienst denen Reformirten ferner erlauben sollen, wozu Ihne ohne dem der Religions-Friede verbunden.

*Vid. Constat. Pacis Relig. §. Nachdem aber in vielen Sc. Sc.*

Ad II<sup>um</sup>

Dass der Reformirten Lehre vom heiligen Abendmahl von der Augspurgischen Confession nicht verdammet werde, und derselben in keine Wege zuwieder sey, hat Johann von Lasky in

*seiner Verantwortung der Fremden Kirchen-Diener zu Franckfurt Sc. Sc.*

bereits Anno 1556. mit starcken Gründen unwidersprechlich bewiesen; worauf man sich kurtze halber beziehet; Imgleichen hat der Tecklenburgische gelehrte Edelmann Johann von Münster zur Vortlage Anno 1608. einen wahrhafftigen Bericht hervor gegeben;

„Dass es nicht wahr sey, wie etliche  
 „schreyen und schreiben, dass die in-  
 „und aufferhalb Europa hin und her  
 „öffentlich und heimlich versammlete  
 „Reformirte Kirchen von der Augspurgischen  
 „Confessions-Lehre abgewichen  
 „seynd.

*Vid. Die Christliche Erwegung der Historie der ersten Religions-Motuum §. 115. pag.*

204. §. 30. pag. 37. §. 172. pag. 305.  
 junct. §. 71. pag. 197. seqq.

Da auch noch ohnlängst drey vortreffliche Männer und Königliche Ministri Occasione der Schlesiſchen Reformirten Kirchen-Sache diese Materie, daß nemlich unter dem Nahmen der Augspurgischen Confessions-Verwandten sowohl Evangelisch-Reformirte, als Evangelisch Lutherische allemahl verstanden und mit begriffen werden, gründlich ausgeführet; Als wird nicht nöthig seyn, sich ferner damit aufzuhalten; Nur setze noch dieses hinzu, daß ein Reformirter Theologus, wann er auf der Universität zu Heydelberg promovirt, und Doctor oder Professor bey der Theologischen Facultät dafelbsten werden wolle, vorhero nechst der heiligen Schrift auch auf die Augspurgische Confession schweren müsse. Inmassen auch Calvinus selber gestehet, die Augspurgische Confession unterschrieben zuhaben,

*In tom: Epist: pag. 182. nec vero Augustanam Confessionem repudio, cui pridem volens ac libenter subscripsi, sicuti eam Author ipse interpretatus est.*

Daß aber die Reformirte sowohl als die Evangelisch-Lutherische an dem Religions-Frieden theil haben, solches fließet aus obigem, und soll überdem drunten in Rat: Decid. 2. ausführlich und klar erwiesen werden.

Ad III<sup>um</sup>

Es ist zwar wahr, daß Doctor Lutherus ein Warnungs-Schreiben Anno 1533. an die Geistlichen zu Franckfurt abgehen lassen, worinnen aber nicht dasjenige enthalten, was die Stadt-Prediger daraus erzwingen wollen, sondern er meldet darinn, daß sie sich für dem Zwinglischen Irrthum (Wie er ihn nennet) hüten und solchen in ihren Kirchen nicht einführen solten. Hiebey ist jedoch wohl zu mercken, daß Doctor Lutherus damahls, als er diesen Brieff geschrieben, von des Zwinglii, und übriger Theologorum in der Schweitz<sup>n</sup> Lehre gar übel und zu milde ist berichtet gewesen; Nachdem ihm aber ihre Glaubens-Bekänntniß von Bucero auf der Versammlung zu Schmalkalden Anno 1537. im Februario ist zugestellet worden, und er sich eines bessern belehren lassen, hat er verlanget mit ihnen und denen Theologis zu Straßburg, die es zu der Zeit mit den Schweitzern hielten, in eine Brüderliche Einigkeit und Vergleichung einzutreten, wie solches aus seinen an sie gesandten Briefen klärlich zu ersehen, welche in Appendice narrationis Historiæ Peuceri de Cæna Domini befindlich seynd, allwo er Epist: 9. ad Pastores Argentinenses also schreibt:

„ Magnæ voluptati fuerunt mihi vestrae lit-  
 „ tere, optimi viri fratres, quod mihi facile  
 „ persuaserunt, animum vestrum candidè &  
 „ since-

„sincere ad faciendam istam Concordiam no-  
 „stram esse propensum & paratum, quare vi-  
 „cissim vobis, oro, persuadeatis, tam cupi-  
 „de me amplecti NB. eam concordiam, quam  
 „cupide velim mihi Dominum Jesum Christum  
 „propitium semper fore.

Und in dem 10. Brief an die Schweitzer seynd  
 folgende Expressiones enthalten.

„Ut & nos vicissim tam in scriptis quam in  
 „Concionibus quiescemus, NB. ab ejusmodi  
 „clamoribus adversus vestros abstinemus, ne  
 „ullam impediendae concordiae occasionem pra-  
 „beamus quam & nos ex animo videre cupi-  
 „mus, ut Deus novit. Et quidem haecenus  
 „clamorum & digladiationum abunde fuit sa-  
 „tis, si iis aliquid promoveri potuisset. Hoc  
 „vero imprimis vos oratos velim, ut de me  
 „vobis ea omnia polliceamini & statuatis,  
 „quae de eo, qui ex animo erga vos bene sit  
 „affectus, & in quo nihil eorum desiderare  
 „possitis, (quantum id in mea fuerit potesta-  
 „te) quae ad promovendam concordiam servi-  
 „re valeant: Hoc Deus ipse novit, quem in  
 „animam meam testem appello.

Et paulo post in eadem Epistola scribit.

„Quod si quid sit, in quo alii alios plene  
 „nondum intelligimus, praestat sane, nos ni-  
 „hilominus invicem NB. benevolentiam cole-  
 „re, & semper bene invicem sperare, donec  
 „turbida aqua prorsus resideat.  
 „Poterunt vero Doctor Capito & Marti-  
 „nus

„nus Bucerus consilio suo hac, ut cetera o-  
 „mnia juvare & promovere, modo animis  
 „conjuncti nos simus, NB. omnem acerbita-  
 „tem deponamus, & demus locum sp.ritui  
 „sancto. Præterea ut & charitas & amica  
 „concordia perfectius sarciatur, nos nostra  
 „quidem ex parte omnes (at ego præcipue,  
 „quantum quidem privatim ad me attinet)  
 „omnem NB. malevolentiam ex animo oblite-  
 „rare, & vobis omnem NB. charitatem &  
 „sinceritatem præstare, parati sumus.

*Conf: Die Christliche Erweckung der Historie  
 der ersten Religions-Motuum. S. 30. pag.  
 36. seqq.*

Diese Heilige Lehre des seligen Lutheri  
 von der Brüderlichen Liebe und Christlichen  
 Tolerantz hätten die Stadt-Prediger wohl  
 bey sich erwegen und nachfolgen sollen, so  
 würden Sie solchen unzeitigen Eyfer und  
 Hafs gegen die arme vertriebene Reformirte  
 nicht bewiesen haben.

*Conf. Autor Der gründlichen Erweckung ei-  
 nes Gegen-Bedenckens pag. 7. & 8.*

Nun folget dasjenige zu beant-  
 worten, vvas post pacem Westphali-  
 cam von dem Magistrat zu Franckfurt gegen  
 die Verstattung einer Reformirten Kir-  
 chen daselbst ist opponiret  
 worden.

Ad a.

**E**S wird utiliter angenommen, daß der Stadt-Rath selbst gestehet, welcher gestalt die Reformirte allda vor diesem das Exercitium Religionis gehabt, inmassen auch solches droben in der Antwort ad objectionem primam sattfam erwiesen; Daß aber communis hominum opinio, welche doch noch nicht genugsam dargethan, veritatem historicam ändern, und etwas altes neu heissen könne, solches wird kein vernünftiger Mensch statuiren, noch zu begreifen vermögen.

Ad. b.

Man möchte wohl billig ein eclaircissement von ihnen begehren, was das eigentlich gesaget sey; Die Concessio Religionis Reformatæ wäre dem statui publico Ihrer Stadt zu wider: Wann jedennoch einige Muhtmassung solte gelten können, so befürchten Sie sich, daß nach Verstattung des Gottes-Dienstes, die Reformirte daselbst Ihnen über den Kopff wachsen, und gar in den Rath kommen dürfften. Es ist aber dieses wohl eine ungegründete Furcht, massen bey Ihnen allemahl das Wahl-Recht bleibt, und in Ihrem Willkühr, wie anjetzo, stehet, einen Reformirten zum Rathsherrn zu wählen, oder nicht.

Ad. c.

Andere Evangelisch-Lutherische Stände  
des

des Reichs können dem Magistrat zu Franckfurt nicht übel deuten, wann Er dasjenige vollziehet, wozu ihn der Religions- und Westphälische-Frieden verbindet; Wie solches drunten soll gezeiget werden.

Ad. d

Warum folget der jetzige Stadt-Rath nicht denjenigen Vorfahren, welche denen Reformirten Anno 1554. das Exercitium publicum Religionis per Decretum concediret, wovon die Nachfolgere mit Recht nicht abweichen können. Haben also diejenige Antecessores ein factum illicitum & contra bonos mores begangen, welche ein Conclusum gemacht, daß Sie denen Reformirten Christen keinen Gottes-Dienst in Ihrer Stadt, welchen Sie doch vor diesem darinne gehabt, künfftig vergönnen wolten: Wozu, als aliquid moraliter impossibile ihre Antecessores nicht obligiret sind, per L. 15. ff. de Condit. institut.

Ad. e. & f.

Es ist allhie wohl zu mercken, daß wann zwischen Catholischen und Protestirenden Ständen oder Unterthanen von einigen des Exercitii Religionis halber aufgerichteten Verträgen die Frage ist, Art. V. §. 33. Instr. Pac. Westph. verglichen sey, es solten dieselbe nicht anders gelten, als in so weit Sie der Observantz des 1624. Jahres nicht zuwider wären: In dem VII. Art. dicti instr. Pac. aber, da zwischen denen Evangelischen

schen selbst gehandelt wird, soll über alle pacta und so ferner steiff und fest gehalten werden, Sie seyn gedachter Observantz conform oder entgegen.

Die Ursache dieses Unterschieds ist, dass denen Protestirenden unter sich dieser fatale terminus nicht gesetzt und verordnet sey, und also derselbe in Entscheidung der zwischen ihnen wegen des Exercitii Religionis vorfallenden Streitigkeiten weder Nutzen noch Schaden bringe, sondern selbige vielmehr aus besagtem Art. VII. Ihre abhelfliche Maasse bekommen, gestalten solches de Bukisch in seinen Observationibus in Instr. Pac. ad Art. VII. observ. 14. ausdrücklich statuiret, wie folget:

